



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis  
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmansdorff ad  
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatæ Concionis Moralis In  
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

**Penzinger, Sebastian Heinrich**

**Solisbaci, 1698**

Junius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](#)



JUNIUS.  
FERIA SECUNDA PENTE-  
COSTES.  
CONCIO PRIMA.

Sic DEUS dilexit mundum. Joan. cap. 3. Textus.  
DEUS super omnem creaturam diligit ho- Thema.  
minem.

**S**piritus in forma ignis apparuit, Exordium.  
& super sanctos Apostolos venit: *Et apparuerunt  
illis dissipitæ linguaæ tanquam ignis.* Acto. cap. 2.  
• Scio S. Spiritum esse divinum amorem, & ut patefie-  
ret omni homini, quantus sit divinus amor, in igne apparuit. Ast  
cur in igne? igni Academicus lemma adscriptum: *Agit, dum vivit.*  
Et Salomon Prov. 30: *Nunquam dicit sufficit.* In igne ergò re-  
præsentatur divinus amor, agnoscamus: Deum vel maximè acti-  
vum esse in nos homines, nobis beneficiaci: Amori divino non  
sufficit beneficium præstatum homini, adhuc agit hic ignis, divi-  
nus inquam amor: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum uni-* Textus Sacre  
*genitum daret.* Joan. 3. *ut omnis, qui credit in ipsum, non perseat,* Script.  
*sed habeat vitam eternam.* Christus ait: Joan. 16. *Ipse enim Pa-*  
*ter amat vos.* Unde S. Paulus ad Romanos 5. *Commendat charita-*  
*tem suam, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro*  
*nobis mortuus est.* Audiamus perorantes Patres: *Apud Deum vi-* Patres.  
*sibilium, nihil homini par, nam & cælum, & terram, & mare,*  
Pars II. (A) propter

*properter eum fecit, & in eo magis, quam in caelo delectatur unde  
 S. Chrysost. trans. Perorat S. Chrysostomus hom. 36. ad populum; & item  
 min. hom. 26. in Joan. Nemo unquam pro filio tantam præstulit de-  
 ratum, quantam pro servis, & ingratis servis, Deus. Elegan-  
 tia. S. Bonaventura scribit: Serm. i. in feria 2. Pentec. Deus alle-  
 le, antequam tu, vel alius, vel homo, vel Angelus, vel co-  
 S. Cyril. aut terra esset. Unde S. Cyrillus i. Thesi, cap. i. Mirus pri-  
 amor hominum, una cum Deo eternus. Præclara sunt verba  
 Philippus Solitarius. Ippi Solitarii lib. 3. cap. 5. Audio scripturam semper Deum pa-  
 cantem, & hominum, & pauperum animarum amatorem, in  
 quam auditi ab aliquo, amantem Angelorum nominari.  
 S. Gregorius. cludo cum S. Gregorio hom. 15. in Ezech. Omnia dona ex  
 hoc donum, ut Deus hominem vocet filium, & homo, Deum  
 minet Patrem. In materiam hanc, divino prius S. Spiritus in  
 torio invocato, conceptus audiamus.*

## CONCEPTUS I.

*Confirmatio.* S. Hieronymus in quæst. in Genes. vult, Deum Panis  
 omnium primo, etiam ante cœlum fecisse: ita textus: *Genes.*  
*Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis,*  
*formaverat à principio.* Defuper S. Hieronymus: *Ex his*  
*festè comprobatur, quod, priusquam Deus cœlum & ter-  
 ret, paradisum ante condiderat.* Cœlum sedes Dei est,  
 sum fecit Deus, ut esset habitatio Hominis: *Plantaverat*  
*Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo po-*  
*minem, quem formaverat.* Nunc advertite: Paradisum, in  
 tationem hominis, prius, ante cœlum, ante suam habitacionem  
 Deo facere placuit; cur hoc? Respondet S. Cajetanus in Genes.  
*Amor ipsius Dei fecit hoc, tanto enim amore Deus prosequitur*  
*hominem, ut ei habitaculum priusquam sibi preparasse videt.*  
 Conformat Ferus: *Vide bonitatem Dei, nondum erat homo,*  
*jam Deus ei providit, & præordinavit.* Ulterius Amorem D  
 erga hominem ingeniose deducit S. Anastasius Synaita in L  
 mine.

CO

## CONCEPTUS II.

*Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis: S. Anastasius observat verbum: Plantaverat: plantare, designat opus servile, laborem operarii, ac hortulanii: ergonè Deus pro homine operarium, ac hortulanum egit? ita est; plantaverat autem Dominus Deus &c. quis ad laborem, ac opus servile maximum Deum induxit? induxit amor erga hominem; audiatur Synaita: Quis Dei amorem tam eximum non miretur, ac veneretur? Deus etiam fuit hortulanus, & sua creature administer. Ait ignis est amor, nunquam dicit sufficit, non sufficit amori divino pro homine hortulanum fieri, copiosius, magis ac magis, præ omni creatura amare hominem, Deus demonstrat in hominis creatione,*

## CONCEPTUS III.

Nosceimus ex libro Genesis: Uno verbo *Fiat*, Deum cœlum & terram creasse, dixit, fiat, & facta sunt. Dixit, fiat, & facta sunt luminaria magna cœli, Sol, Luna, & Stellar; dixit fiat, & facta sunt innumera animantia in hoc vastissimo terræ spacio; cum nunc deuentum est ad formationem hominis, Deus non amplius verbo *fiat* usus est, non dixit: fiat homo: sed; *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*. Genes. cap. 1. cur non creat Deus hominem verbo *fiat*? cur inquit: *faciamus*? Respondet Oleaster in Genes. Poterat dicere Deus, *fiat homo in animam viventem, sed hoc non contentus, dixit: faciamus: quasi ex praecordiis vitam produxit*. Theodoreetus in Ps. 118. vult per verbum: *faciamus: Deum plurimum affectum erga creaturam hominem ostendit*. Sic Deus dilexit &c.

## CONCEPTUS IV.

Orat S. Mater Ecclesia: *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Mira precatio? propter gloriam suam,*  
 (A) 2 proxi-

proximum extollere, magni pendere, honorare, deprædicare laudare solemus, econtra propter gloriam, & honorem nobis contum, Collatori gratias agimus; mira ergo precatio, quod manu Ecclesia propter gloriam Dei, Deo gratias agat; *Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam*: quæ est ista magna gloria Dei? Explico me parabola Lucæ 15. allegata: Erat bonus Pater qui 99. oves reliquit, unam perditam ovem anxiè quærens: cundum mentem S. Ambrosii lib. 7. in Lucam: Bonus hic Pater est unicus Dei filius, Christus Iesus; 99. oves, sunt novem ch. SS. Angelorum; Angelorum chorus deferit Dei filius, de celo descendit, ovem perditam, humanam inquam naturam, tamquam quærens, donec eam amarissima morte sua, in cruce inventam hanc inventam inquit: *Congratulamini mihi &c.* perditam humanam invenisse, magna est Dei gloria; ac super nos Angelorum chorus estimatio, summus amor. Est hic conceptus Magni Sancti, Antonii Paduani sermone in Dom. 3. post Pentecosten: *Quamvis societatem haberet Angelorum; quia deliciut ut ita dicam, ipsius gloria est, esse cum filiis hominum.* cordat S. Chrysostom. hom. 36. ad pop. *Apud Deum, nullum nihil homini par, nam & cælum, & terram, & mortem per eum fecit, & in eo magis quam in cælo delectatur inhunc Amorem hunc Dei immensum erga hominem ultio extolle. Ins ad Hebræos cap. 2.*

## CONCEPTUS V.

*Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen semper apprehendit*, inquit Paulus citatus: Horum verborum interpretatio est S. Augustinus lib. 3. de Trinitate c. 18. *Poterat Dei filius homo non accipiendo carnem ex filiis hominum; amoris affectus quod relicta Angelorum præstantissima natura, naturam humanam de homine assumpserit.* Elegantia desuper sunt versus Philippi Solitarii lib. 3. cap. 5. *Audio planè scripturam sensum Deum predicantem, & hominum, & pauperum animos.*

amatorem, nunquam audivi ab aliquo amantem Angelorum nominari. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Ergò super Angelos Deus amat hominem, magnus quidem amor Dei erga Angelos, quod Dei sint intimi ministri. Psalmo 103. teste: *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.* At de hominibus scriptum est Isa. 5. *Filios enutrivi, & exaltavi; & Exodi 4. Filius meus es tu, primogenitus Israël.* & Joan. 1. *Dedit eis potestatem filios DEI fieri.* Major ergo est Dei amor erga hominem, quam erga Angelum, cum plus & majus sit esse filium, quam servum; Angelos dedit esse ministros, homines planè filios & hæredes; præclare S. Gregorius hom. 19. in Ezech. *Omnidona excedit hoc donum, ut DEUS hominem vocet filium, & homo, DEUM nominet Patrem.*

## CONCEPTUS VI.

Illud centrum amoris Dei dixero, quod Deum contentat, & satiat, quid est nunc illud, quod Deum satiat & contentat? fors elegans cœli fabrica, rutilantia illa luminaria, sol, stellæ ac luna Deum contentant, amoris centrum sunt, in quo DEUS quiescit? aliud asserit liber Genes. cap. 1. nempe cœlo, ac bellis luminaribus perfectis, divinum Spiritum adhuc inquietum extitisse: *Spiritus Domini serebatur super aquas.* Fors vasta terræ moles, inquæ ea viridia prata, & super hæc lascivientia quadrupedia cor Dei contentant? fors, florentes herbae, fructificantes arbores, & super illas suaviter modulantes aves? fors grato murmure susurrantes rivi, & flumina, inquæ illis jucundè natantes pisces summum Deum satiant? fecit hæc, & illa, divina omnipotentia, ast non lego, invenisse in illis omnibus requiem, adhuc inquietus currit amor: *Spiritus Domini serebatur super aquas.* Tandem verò invenio Deum fecisse opus, quo facto contentatus substitit, quasi centrum attigisset, quietus: quale nunc illud opus est, quod satiavit Omnipotentem, in quo divinus amor centrum invenit? dicit Scriptura: Genes.

(A) 3

cap. 1.

cap. 1. *Creavit Deus hominem, & subdit;* cap. 2. & requiebat  
 Homo ergo est illa felix creatura, in qua unica DEUS qui est homo est, quem super omnia amat Deus. Per pulchritudinem et  
 brosus 6. Hexam. cap. ultimo: *Fecit DEUS cælum, non in quod requieverit, fecit terram, non lego, quod requieverit, cit solem, lunam, & stellas, non ibi lego, quod requieverit, sed lego, quod fecerit hominem, & hic requievit.* Sic Deum  
 lexit Mundum,

## Epilogus.

Hortor ergo omnem Christianum cum S. Leone Papam Se*i. de Nativ. Domini: Agnoscet, O Christiane! dignitatem tu*  
 & divinae consors factus naturæ, noli in veterem  
 vilitatem, degeneri conversatione  
 redire.



FERIA

FERIA SECUNDA PENTECOSTES.

## CONCIO SECUNDA.

*Sic Deus dilexit mundum. Joan. cap. 3.*

*Textus.*

*Sic: per excessum, modo immenso, Deus thema.  
diligit hominem.*

 Cta Apostolorum narrant cap. 2. S. Spiritum in forma ignitarum linguarum super Apostolos venisse: *Exordium.* Et apparuerunt illis differtatæ linguae tanquam ignis, seditque super singulos eorum. Cur in igne appa- ruerit S. Spiritus rationem scio; nempe factum esse ad amorem divinum indicandum: ast quæstio est, cur recte hic ignis formam flammæ linguae expressit? quæstionem similitudine declaro: æstuat aliquis intensissimo calore, & exinde nascente siti torquetur: sic calorem patiens, desiderat medico, aut suis intimis amicis intensem calorem, quo æstuat, indicare, verbis dum nequit explicare signo demonstrat, aridam suam linguam extendit, ex hac intelligent, quām immenso calore æstuat, flagret: Ab æterno sanctissima Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus summo erga nos homines æstuabat amore, explicare hunc caloris, amoris inquam, æstum, cum sit impossibile, in for- ma ignitarum linguarum appetere S. Spiritus, signo declarans, quod verbis eloqui impossibile est, nimirum quantus sit divinus amor erga homines, nempe; immensus, summus, infinitus. Sic scriptum est: *Joan. cap. 3. Charitate perpetua dilexi te.* Et ad *Texta Sacra* Ephes. cap. 2. Paulus habet: *Propter nimiam charitatem, qua di- Scripture.* lexit nos. Audiamus & Patres de immenso Dei amore scribentes: *SS. Patres.* O charitatem verè nimiam, que omnem mensuram excedit, modum transcendit, & supereminet universis. Exclamat S. Bernardus in ep. secunda S. Pauli ad Eph. *Sic Deus dilexit*; *S. Bernardus.* *sic:*

*sic: ut neque mens capere sufficit, neque sermo valeat enarrare, nam quantum plus dixeris, multum plus prateres;* *s. Chrysost. Chrysostomus hom. 27. in Genes. Deus factus est participem mortaliatis, ut homo fieret particeps sue Deitatis,* *s. Augustin. S. Augustinus Tract. 49. in Joanne. Et iterum lib. 3. confess. cap. 10. *O tu bone omnipotens, qui sic curas unumquemque nostrum quasi solum cures, & sic omnes, quasi singulos curares, & diligis.**

*S. Hieronym. Audiatur & S. Hieronymus in Ps. 26. In hoc contemplari ingentem Dei amorem erga homines, quod parentum amant filios in morte saltem finitur, Dei autem amor crescit in morte.* *S. Thomas à pore. Aureo scribit S. Thomas à Villa Nova Dom. 1. in Villa Nova. Supra modum, sine modo me Domine dilexisti, & qui omnium numero, pondere, & mensura fecisti, in me diligendo, numero pondus, & mensuram excessisti. S. Spiritu pro gratia inveni Conceptus dabo.*

## CONCEPTUS I.

*Confirmatio.* Ezechiel cap. 40. describit se in Spiritu raptum videtur, qui in templo Dei omnia ad amissim mensurabat: *vir, cuius erat species quasi species aris, & funiculus in manu ejus, & calamus mensura.* Hic vir mensurabat, item deducebat, portarum, atriorum, altarium, latitudinem, longitudinem, altitudinem, unicum erat, quod vir ille non metebat, & quid illud? erat ignis, ignem, de quo scriptum legimus: *ignis super altare semper ardebit.* Levit. 6. Angelus non mensus: cur & ignem non metitur? fateor elementum ignis, non jam sursum, jam deorsum fertur, difficile, immo corpoream naturam impossibile fore, Spiritui autem, qualis erat vir ille ab Ezechiel vissus, est possibile, cur ergo vir ille, Spiritus qui erat, & ignis non est mensus? Theodoretus vult, per ignem, indicari Dei amorem, vir ille Spiritus licet, ignem intermittebat metiri, ut Dei amoris imminositatem ostendat, ac demonstret, amorem Dei esse homines, altitudinem, longitudinem, latitudinem, terminos calos.

calculum, aut gradum determinatum non habere, finem nescire.  
Hoc indicare voluit Sponsa, Cantic. cap. 8.

## CONCEPTUS II.

Amorem divinum sponsa igni infernali comparat: *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio.* Inepta videtur similitudo, quia amor divinus inferno comparatur; Amorem amantes non inferni ignem, sed paradisi prægustum existimant; quid ergo mysterii indicare vult S. Spiritus, Amorem divinum igni infernali comparando? Advertite mysterium: ignis inferni diurnus, interminabilis est, semper ardet, & ardebit in æternum. Ita Isaías prædicat c. 66. *Ignis eorum non extinguetur.* Ignis inferni ardet & non consumitur, vivacissima illa flamma immortalis est, nunquam deficit, nunquam extinguitur. Huic ergo indeficieni, immortali igni, igni infernali, sponsa amorem divinum comparat, ad indicandum: quod immensus sit Dei amor erga hominem, interminabilis, inconsuptionis, immensus, immortalis, quod & ipse Deus indicare voluit Osee cap. 2.

## CONCEPTUS III.

*Desponsabo te mihi in sempiternum*, ad hominem inquit Deus. Notate verbum: *desponsabo*: quo verbo immensum suum amorem erga hominem, divina bonitas exprimit; deduco hoc sequenti discursu: Si quis Princeps pauperem puellam adoptaret in filiam, ac hæredem, magnum monstraret amorem, si ultero assumeret & in sponsam; amorem maximum exhiberet, cum amore conjugali, major amor non detur, teste Scriptura: Genel. 2. *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori sue, & erunt duo in carne una.* *Desponsabo te mihi in sempiternum*, dicit Deus; desponsabo: non simplici, sed maximo, maritali inquam amore, diligit Deus hominem, amore immenso, excessivo, quod ulterius deduco ex verbis Thematis.

Pars II.

(B)

CON-

## CONCEPTUS IV.

*Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dedit.* Filium suum unigenitum Deus Pater, ut hominem custodiret: jam si possibile est mensurare Dei amorem hominem quam sit excessivus, immensus: Filium suum unigenitum Deus Pater dedit in custodiam, curam, ac tutelam Angelorum, Math. cap. 4. *Angelis suis Deus mandavit de te, ut diant te, in omnibus viis tuis.* Angelus ens est finitum: est creatum, ac limitatum, ad pondus, & mensuram, divinitatem productum: Filius Dei, Deitas est infinita: Filius Deitatis, & existentia, sine pondere, sine numero, sine mensura. Non Angelum, non ens finitum, & limitatum, non creatum numero, pondere, & mensura productam, sed ipsum Dei Filius in essentia, in existentia infinitum, immensum, inscrutabilem Deus Pater hominis custodem, curatorem, redemptorem quis exinde non agnoscit, amorem Dei erga hominem effundit, sine mensura, verè excessivum. Profundiū veritatem scrutemur.

## CONCEPTUS V.

Sit mihi creaturarum infimo licitum investigare: quid respondet divinus genius: Deus est perfectissima essentia cuius terrae fertilitas mera umbra est. Deus est imperficitas, respectu cuius vastum mare vix unica aqua gutta est. Deus est indeficiens amor, respectu cuius omnes conflagantur & incendia Aethnæ, Vesuvii, vix unica flammula apparent. Deus est incomprehensibilis Charitas, respectu cuius sol, luna & lucis radius, vix nominentur. Deus est indescrribibilis Mysteria, respectu cuius ccelum vix punctum, terra, arenæ granulata dicendum est. Deus est inexplicabilis Sapientia, respectu cuius angelicus intellectus, vix pulvisculus est. Deus est summa potestas, respectu cuius vis totius mundi, crepundia dicuntur. Quero nunc econtrariò, quid est homo? Respondeo: homo est vilis terrae gleba, vas plenum imperfectionibus, ac defectibus humilis origine, pauper qualitatibus, idiota in sciibili, balbum in loquendo, rusticus in moribus, distractus cogitatione, vanus.

actione. Quid est homo? est scopus infirmitatum, vas fragile, exul in hac valle lachrymarum, rebellis Dei, sclavus mortis, elca verium. Jam agnosce immensum Dei amorem erga hominem: Deus perfectissima essentia, Deus inscrutabilis bonitas, Deus immensus amor, Deus incomprehensibilis claritas, Deus indicibilis Majestas, Deus inexplicabilis sapientia, Deus summa potestas, in homine quiescit, in homine contentatur, ita Genes. c. 2. *Creavit Deus hominem, & requievit.* Quietem præcedit labor & fatigatio, creavit Deus hominem, & requievit, O amor! super hominem, hoc nihilum defatigatur Deus fortissimus, laetatur Deus potentissimus, quietem capit Deus immutabilis. Sic, sic, per immensem, per excessum, Deus dilexit mundum.

## CONCEPTUS VI.

Peccavit Adam, & statim deambulavit Deus in Paradiso, in clamans: *Adam ubi es?* Genes. 3. Desuper S. Augustinus: *Vox Dei, Adam ubi es, non increpantis, sed miserantis, & querentis est.* Videamus nunc, quis factus sit Adam peccando: quid est homo peccator? peccator est illud monstrum, cuius malitia Universum implet; in celo hujus monstri, peccatoris inquam, summus est contemptus, in terra ejus persecutio, in igne videatur ejus via, in mari audiuntur ejus prædationes, in aere perstrepunt ejus blasphemiae, in terra cernuntur ejus rixæ, in civitatibus ejus regnat superbia, in templis ejus sacrilegia, in tribunalibus ejus injustitia, in palatiis ejus fraus & fallacia, in cubiculis ejus nequitia, in foro ejus malitia, in plateis ejus lascivia. Quid est peccator? Est hostis Dei, sclavus Dæmonis, scœtens cadaver, abominatio Angelis, bestiis horror; tale monstrum, atque prostibulum factus est Adam, & per Adam universum humanum genus; talis ac tantus reus læsum divinam Majestatem supplex accedere debebat, cum in omni foro, reus ac offensor, læsum, offensum sequi, convenire, veniam rogare teneatur. Ast O Amor Dei immensus, Deus offensus, Majestas Dei læsa, sequitur reum, convenit offensorem suum; gratiam & veniam sua sponte offert, indulgentiam pollicetur, *Adam ubi es?* An non hic patet (B) 2 amorem

amorem Dei erga hominem esse excessivum, immensum,  
sinitum.

## CONCEPTUS VII.

Ex inexhausto amoris divini fonte conclusum est in SS.  
nitatis Confistorio, perditum hominem iterum redimere, id  
um reddere salutis, capacem vitæ æternæ; mirum ergo, q.  
hunc actum redemptionis generis humani, Filius, secunda  
sona, & non potius S. Spiritus, qui amor Dei intitulator, pere  
rit; cur Amor divinus, S. Spiritus, tertia in Trinitate perf.  
hominem non redemit? bene notate: Conclusum fuisse, Ro  
nam, quæ opus redemptionis assumeret, mortem subire debet  
non ergo S. Spiritus, qui amor dicitur, redemptionis opus affi  
psit, ut noscamus Amorem Dei erga hominem immortaliter  
nunquam exspirare, nunquam deficere, aut interire; sed pa  
cessum, sine modo, numero, ac mensura permanere.

Epilogus.

Hortor ergo cum S. Ambroſio lib. 6. in cap. 7. Lucr.  
est, quod dignè Deo referre possumus; quid enim refusa  
suscepta carnis injurya, quid pro verberibus, quid pro cru  
mihi, si non dilexero. Reddamus ergo amorem pro de  
charitatem pro munere, gratiam pro sanguinis  
pretio. Amen.



FERIA SECUNDA PENTE-  
COSTES.

## CONCIO TERTIA.

Sic DEUS dilexit mundum. Joan. cap. 3.

*Textus.*

Sic amans Deus, reciprocè amandus est, *Thema.*  
 non limitatè, sed absolutè; subtilis est  
 enim divinus amor, non patitur corri-  
 valem.

**Q**ualis amor noster erga Deum sic nos amantem esse *Exordium.*  
 debeat, S. ac doctissimus Isidorus lib. 16. Ethym. c. 4.  
 erudito symbolo concepit: nempe similis sit lapidi  
 Asbesto, qui semel accensus nunquam amplius ex-  
 stinguitur: subscibit lemma Academicus: *Unicè, &*  
*Semper:* Deum sic excessivè nos amantem, *unicè & semper* reda. *Patres.*  
 memus. Ita S. Hieronymus Epistola ad Demetri: *Felix illa S. Hieronymi,*  
*conscientia, & B. Virginitas, in cuius corde præter amorem Chri-*  
*sti, qui est Sapientia, castitas, patientia & justitia, cæteræq; vir-*  
*tutes, nullus alius versatur amor, nec ad recordationem hominis*  
*aliquando suspirat.* Ad hunc amorem unicum hortatur Pau-  
 lus 1. ad Cor. c. 15. *Si quis non amat Dominum JESUM Chri-*  
*stum, anathema sit.* Et David Ps. 18. *Non est, qui se abscondat*  
*à calore ejus.* Audiamus Patres: *Modus diligendi Deum, est S. Augustini,*  
*diligere sine modo, sine modo te dilexit, sine modo eum diligere*  
*debés, modum dilectionis expreſſit te diligendo, pro te morien-*  
*do, tu quantum eum diligere debes, non potes. Dilige eum er-*  
*gò ex tota mente, & ex omni anima, & ex omnibus viribus tuis,*

(B) 3

horta-

hortatur S. Augustinus lib. de diligendo Deo. *Diligere deum Domine ex toto corde ratione creationis & redemptionis, quia enim hominem fecisti, debet seipsum amori tuo, & quia eum redimisti, debet se amori tuo, scribit doctissimus Idiota lib. contempl. cap. 12. Qui creavit te, ipse redemit te, ne rem tuum divideres, partem Creatori, & partem tribuens.*

*S. Anselmus. de morte Christi, inquit S. Anselmus lib. cur homo Deus. Optime Theodoretus.* Theodoretus quæst. 1. in Levitic. *Deum ex toto corde diligentes, non partiuntur animum, collocantes illum tum in terram tum in cœlestibus, sed totum sursum ferunt.* Conformiter Lippmannus in cap. 17. Genes. *Solus vult Dominus amari, ut solus Dominus noster est, sic totos nos exigit esse suos.*

*S. Bernardus. omnia inquit S. Bernardus Serm. 3. de Ascens. Si quis calorem illam dulcedinem huic cineri, divinum illud balsamum inveneno, charismata illa Spiritus misceri posse hujusmodi libris arbitratur. Concludo cum S. Laurentio Justiniano: licata est divina consolatio, (amoris Dei inquam) & non datur admittentibus alienam. S. Spiritus gratiâ invocata, deceptus dabo,*

## CONCEPTUS I.

*Confirmatio.* Sponsam in Canticis dilectus comparat fumo: *Quae ista, quæ ascendit sicut virgula fumi. Cantic. 3. Item vocam columbam: Columba in foraminibus petrae. Cantic. 2. Comparat fumo, cur columbam vocat? Fumo Sapiens inscripsit lemma: Recta sursum: & Hugo Cardinal. habet: Fumus, dum oritur, moritur. Amor inter Sponsos maximus est, sponsam ergo fumo comparando instruit dilectus, qualis amor erga ipsum esse debeat, nempè similis fumo, ut sicut fumus à terra recta sursum ascendet; sicut fumus vix ortus terræ disperget, & emoritur ita amor erga Deum, Sponsum animarum nostrarum, recta sursum, à terrenis & caducis ad cœlestia & divina ascendet; amor ergo*

erga Deum in corde nostro ortus; continuò mundanis omnibus rebus simul emoriatur. Vocat Sponsam columbam, de qua Richardus à S. Victore lib. 4. de contemp. *Consortem amat, solum non admittit*, quasi sponsam per nomen columbae hortetur: Consortem, dilectum suum, Deum, amet, solum; mundum & carnem non admittat. Ita concludit Idiota lib. 1. de amore divino c. 4. *Amor erga DEUM neque dividendi debet, neque scindi.* Et S. Anselmus habet lib. de mensura: *Sic totum cor nostrum tuo debemus amori, ut quidquid de eo alteri damus, tibi subiramus.*

## CONCEPTUS II.

David Ps. 77. de Deo inquit: *Aedificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra.* Terra homo est, aedificium in hac terra, est cor hominis, in hoc aedificio in corde hominis, Deus vult habitare more unicornii: quid quæso unicornis in domicilio suo laudabile, ac Deo beneplacens, observat? dicit Incognitus: *Secundum naturales, unicornis est talis naturæ, quod nullum animal permittat ad suum cubile accedere.* Ut unicornis in corde hominis inhabitare vult Deus; unicè inquam vult amari, nullum aliud amorem, & affectum ad creaturas, penes Dei amorem admittere debemus, sed omnimodè excludere, ac repellere. Delicatus est divinus amor, consortem non admittit.

## CONCEPTUS III.

Christus Joannis cap. 8. se lumen Mundi vocat: *Ego sum lux mundi.* De lumine observat S. Bernardus: *Lumen extin-  
etum lumi lucenti, & ardenti, sine aliquo medio conjungitur.* Amanti Deo decet reciproco amore nos conjungi, ast non aliter quam lumen ardens extinto conjungitur; nempe immediate, creatura media, omni affectu terreno, intermedio penitus excluso. *Omnis creatura vilescat, ut creator in corde dulcescat,* docet S. Augustinus tract. 2. in Joannem.

CON.

### CONCEPTUS IV.

De Salvatore nostro inquit S. Lucas cap. 2. *Non era locus in diversorio.* Hæc verba non sunt intelligenda, quia Christus locum in diversorio habere non potuisse, modò vobis est, sed noluit locari in diversorio, maluit in stabulo nasci, qui in diversorio morari. Cur Christus tantam aversionem habet diversorio, illud fugit, ac declinat? diversorum describitur Ordinaria: *Diversorum est domus inter duos muros, duas nuas habens:* Diversorum duas portas, & introitus habet; diversorum & homines honestos, etiam inhonestos suscipit, ac Et ideo Deus homo, amor divinus, diversorum aversatur, ac declinat, ut ex hinc discamus; corda nostra divinus amor habitet, ea non debere esse similia hospitio; id est, non de pateant cuivis amori profano, non suscipiant mundi deliciae vanitates, sed unicam solum januam, amori divino patentes beant, praeter divinum amorem, alium non suscipiant. *Sed est divinus amor;* consortem non admittit.

### CONCEPTUS V.

Joan. cap. 13. Abigit divinus Amor Judam Iscariotum facis, fac citius. Cur Judam rejicit, qui dicit Matth. cap. 10. vocare peccatores. Causalem indicat S. Joannes: *Cum introire in eum Sathanas.* Cor Judæ diversorio simile erat, introitus in terreno affectui latè patuit. *Fur erat, & loculos habens,* amari vult Deus, corrivalem non admittit, si clausum est in omni inordinato, ac terreno affectui, Salvator subintrat, ac divinus deliciosa inhabitat, rejicitur vero amor divinus, a mundo, ac carni obviè pateat. Omnis creatura vilescat, Creator in corde dulcescat.

### CONCEPTUS VI.

S. Paulus hortatur 2. ad Corinth. cap. 4. *Non contempsit*

*tibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Mira hæc S. Pauli est exhortatio: Invisibilia videamus, visibilia non videamus: contrarium in hoc naturæ cursu evenit, videmus patentia, non apparentia, ac invisibilia non videmus, quid ergo mysterii latet sub hac paternâ S. Pauli exhortatione: visibilia non videamus, sed invisibilia? explico mysterium: Invisibilis est amor divinus, visibilis autem est omnis gustus, amor & affectus in creaturas, S. Paulus ergo hortatur, sensibiles creaturas, ac mundi vanitates, non esse affectandas, ut invisibilis dulcedo amoris divini in corde nostro perseveret. Ita concludit S. Chrysostomus hom. 52. in Acta: *Nullus quippe visibilia videns, invisibilia vidit, nullus invisibilia videns, visibilia videt.* Subtilis est divinus amor, consortem non admittit.

Hortor ergo imitari sponsam Cantic. 2. *Dilectus mens mihi, & ego illi:* Unicè O homo te Deus amavit: solum ergo & unicum Deum redames. Quod ut fiat, supplico cum S. Augustino lib. medit. cap. 35. *Dulcisime ac amantisime JESU, infunde obsecro pectori meo multitudinem charitatis tuae, ut te solum in corde habeam, scribe digito tuo in pectore meo dulcem tui memoriam, nulla unquam oblivione de-*  
*lendam. Amen.*



Pars II.

(C)

FERIA

\* \* \* \* \*

## FERIA TERTIA PENTECOSTES.

### CONCIO PRIMA.

*Textus.*

*Ego sum janua, per me si quis intraverit, pascu inveniet. Joann. cap. 10.*

*Thema.*

*S. Spiritus janua est ad gratias divinas, ad pascua consolationum.*

*Exordium.*

**D**um María Anna, Reginā Hispaniarū, oriundā Domo Austriaca, magnifico apparatu Mediolanū gressa fuisset, à civib⁹ Mediolanensib⁹ honorificatissimē excepta est; inter cetera emblemata excipiebat eam hortus, qui undique odoriferis floribus, suavissimis hortibus repletus, epigraphen tulit: *Aspirante Austro: Membrum emblematis erat, Reginam illam, ex Domo Austriaca oriundam plurimum solatii ac felicitatis Mediolanensib⁹ afferre. Ratiōne emblemate hoc S. Spiritus decoratur, Aspirante Austriacā pē quos S. Spiritus, suavissimus hic Auster adspirat, ac perficit numeros gratiarum divinarum ac virtutum flores unā simul germinare, copiosissimos donorum cœlestium, ac prosperitatum rite etus adferre, suavissima consolationum pascua pergustare facit. Huc faciunt verba suspirantis animæ Cantic. 4. Veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata. Adhuc cum Angeli, id est, S. Spiritu, & illius aspiratione per omnigena dona & gratias: interpretatur Tirinus in citatum caput. Confirmo S. Scripturæ textibus: Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & novabis faciem terræ, canit Regius Psaltes, Ps. 103. Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod simus filii Dei, prædicat S. Paulus ad Rom. c. 8. & 2. ad Corinth. cap. 2. Ubi dicitur:*

*Textus Sacrae Scripturæ*

*Script.*

ritus Domini, ibi libertas, Christus quoque promittit Joan. 14.  
*Spiritus Sanctus docebit vos omnia, & suggesteret vobis omnia.*  
 S. Patres confirmant: *Nescit tarda molimina Spiritus Sancti SS. Patres.*  
 gratia, scribit S. Ambros. in cap. 1. Lucæ. *Adveniente S. Spi-* S. Ambrosius.  
*ritu, cor, quod prius torpuerat, ad operationem se excitat, mox*  
*sancta operationis opiniones, per proximos quoque suaviter dis-*  
*curreunt, ut quique audientes ad eadem se accendant, & Austro*  
*flante, id est, spiritu Sancto se infundente, virtutum odores*  
*emittant, ut ubique S. hortus floreat, & post florem fructus*  
*redolentes & resistentes producat, scribit S. Greg. Papa in cap. 4.* S. Gregorius.  
*Canticorum. Spiritus Paracletus dat pignus salutis, robur vi-* S. Bernardus.  
*ta, ut quod per naturam tibi impossibile est, per gratiam ejus,*  
*non solum possibile, sed etiam faciliter fiat, lumen scientia, ut cum*  
*omnia bene feceris, te servum inutili putes, & quidquid boni*  
*in te inveneris, illi tribuas, a quo omne bonum est, scribit S.*  
 Bernardus in Fer. 2. Pentecostes. *Per pulchre S. Augustinus* S. Augustinus.  
 Serm. 2. in Fer. 2. Pentecostes. *Quod est anima corpori homi-*  
*nis, hoc est Spiritus Sanctus corpori Christi, quod est Ecclesia, hoc*  
*agit Spiritus Sanctus in tota Ecclesia, quod agit anima in omni-*  
*bus membris unius corporis.* Et iterum hom. 9. in Pentec.  
 Beneficia, quæ Salvator noster inchoavit, peculiari virtute Spi-  
*tus Sanctus perfecit, quod ille redemit, iste sanctificavit, quod*  
*ille acquisivit, iste custodit.* *Consolatissime scribit S. Thomas à* S. Thomas à  
*Villanova Conc. 2. in die Pentec. Adjuvat infirmitatem no-* Villa Nova.  
*stram, interpellat pro nobis, si in peccatis sumus, ipse arguit nos,*  
*si in servitute, ipse nos liberat; est Paracletus, Patronus, Doctor,*  
*Custos, Advocatus & Duxtor.* Implorata S. Spiritus gratia desu-  
 per Conceptus pandam.

## CONCEPTUS I.

S. Spiritus venit super Apostolos, ac orbem terrarum, ut  
 ventus: *Faciens est impetus Spiritus vehementis, Act. 2. Cur venit*  
 (C) 2 *ut ven-*

ut ventus? ut blanda & subtilis aura? advertit doctissimus Nilnus, cætera clementa, ut terra, aqua, ignis, posse ad unius specie, ac individuo, hominis dominium, spectare & perfiner ut dicere valeat, mea hæc est terra, mea hæc aqua, meus est ignis, ast verè nemo dicere potest, mea hæc est aura, hic ventus meus est; ventus, aër & aura omnibus communis est, in omnem æquè spectat hominem, eumque recreat. Venit ergo Spiritus Sanctus super Apostolos, & in hunc mundum, ut ventus, ut suavis aër, & aura, ut noscamus, sicut aër communis omnibus hominibus, ita dona S. Spiritus sunt omnibus communia, S. Spiritus suis gratiis & consolationibus, omnem se differentem, recreat, omnibus se infundit. Optimè Petrus Damiani Serm. de S. Spiritu: *Sicut anima est vita corporis, ita vita anima nostræ S. Spiritus est.* S. Spiritus ventus est: cui quadrat lema: *Fugat & sovet.* Fugat inquam nubes nocivas iræ Dei, sovet nos radiis gratiæ divinæ. S. Spiritus ventus est, qui dedit ad portum æternæ felicitatis. Per pulchritudine hoc expressit S. C. rillus Alexandrinus lib. 2. contra Julianum: *Vivificat unum Dei Spiritus, omnia etiam illo opus habent, non aliter potum firmè quæ sunt, in sua essentia persistere.* Conformat S. Au gustinus lib. 5. de Civit. Dei cap. 9. *Spiritus vita, qui vivit omnia, creatorque omnis creati Spiritus, ipse est Deus, unus unicus non creatus, in ejus voluntate summa potestas, creatorum spirituum bonas voluntates adjuvat.* Figuris Bibliais confirmemus.

## CONCEPTUS II.

Genes. cap. 1. legitur; Terram omnimodè vacuam, inanem ac sterilem fuisse: *Terra autem erat inanis & vacua.* Factum est autem; *Et protulit terra herbam virentem, & facientes semen, juxta genus suum,* licet numquaque faciens fructum. Cap. secundum. Non amplius desolata est terra, tenebris obscura, sed hæc dis radiis solis illustrata, consolatißima est, non amplius vacua & pauper, sed dives quadrupedibus in pratis, altilibus in aëre pectoris.

piscibus in fluminibus abundat, illo nimirum felicissimo instanti, quando Spiritus Domini aquis incubuit, *Spiritus Domini fereatur super aquas*. Terra est homo inanis & vacua, pauper & desolata terra sine Spiritu Sancti gratia, ast S. Spiritus gratia & favore dignata, dives est haec terra, homo inquam, abundans divinis consolationibus ac donis. Audiamus S. Thomam à Villa Nova Conc. 2. de Spiritu Sancto: *Sterilis & arida, hyssidoque deser-  
to similis est omnis anima, quam tuus Domine non rorat Spir-  
itus, nullos virtutum germinat affectus, nullos bonorum operum  
producit fructus, cælestium gaudiorum fæcunditate non viret.*  
*Ast anima S. Spiritus gratia dignata, non solum in futuro per-  
fæctam, sed & in præsenti maximam quietem tribuit, cum  
mentes cælestes igne charitatis accedit*, inquit Beda Venerab.  
in Pentec. Et concludit S. Thomas Serm. 2. in Pentec. *Adjuvat  
infirmitatem nostram, interpellat pro nobis, si in peccato sumus,  
nos arguit; si in servitute, ipse nos liberat, est Paracletus, Patro-  
nus, Doctor, Custos, Advocatus & Dux.*

### CONCEPTUS III.

Infelix dives è rogo flamarum inclamat Abraham unicath guttam aquæ subministret in refrigerium: *Malle Lazarum, et  
intingat extreum digiti in aquam, & refrigeret linguam meam.* Lucæ 16. Exigua res est, una guttula aquæ, & haec negatur prodigo; quid ergo per unam guttulam aquæ, pro qua Dives suppli-  
cat, intelligendum est? S. Augustinus de quest. Evangel. lib. 2.  
c. 38. per illam guttam aquæ intelligit minimam gratiam S. Spi-  
ritus, conformiter verbis S. Joannis cap. 7. *Flamina de ventre  
eius bibent, hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant  
credentes in eum.* Gulta aquæ minima gratiæ operatio S. Spir-  
itus negatur Diviti, quia cum hac gutta gratiæ non amplius in-  
felix, sed felicissimus, non amplius damnatus, sed beatissimus  
censendus fuisset. *Habet digitus hac cælesti aqua intinctus vim  
ad consolandum maximam, siquidem una & minima S. Spiritus  
gratia,*

(C) 3

*gratia, ad thesaurum divinae bonitatis & gratiarum facias  
apertas, & undique patentes. Concludit Baradius Tom. 4. lib. 4.*

### CONCEPTUS IV.

Ad Dei misericordias obtainendas, & gratias impetrare statuit Altissimus occidi vitulum, qui nunc ex occisi vituli fratre, dígito mediatore, aspersus fuerit, hic certus fuit de misericordia, de Dei gratia. *Sumetque Sacerdos de sanguine ejus in suo &c. rogabitque pro eo, & pro peccatis ejus, & dimittentur.* Hic vitulus occisus est Christus IESUS, dígitus magni Sacerdotis & Altissimi, est Spiritus Sanctus: *Dígitus paterna dexter,* nunc hic dígitus tangit, suâ gratiâ beat ac felicitat, sanguinem sti pariter aspergit, sive gratiis divinis, ac donis cœlestibus ticipem reddit, dígitus dicitur: *Spiritus Sanctus paterna demur dígitus?* ideò utique, uti manus digitis adaptatis largit distribuit dona, ita Deus medio Sancto Spiritu, quasi dígnus gratiarum suarum ad nos mortales extendit, gratias enim ac distribuit. Ergo ostium & janua est S. Spiritus donorum cœliarum cœlestium.

### CONCEPTUS V.

Tandem Judæis Arca Domini, quam infelici præligerunt, à Philistæis reddita est: *Et plaustrum venit in agros Bethsamitæ, & stetit ibi.* 1. Regum cap. 6. Arca Iudeis sumnum donum, compendium gratiarum erat, Aramini ergo iterum felicitati Judæi, pariter donis ac gratiis donati sunt. Quis nunc dicet, quo tempore, quo mediatore, Domini Judæis reddita est? Tempus assignat sacer texus: *Bethsamitæ metebant triticum in valle, messis tempus in orientibus partibus est ad finem Maji, vel initium Junii, in quod tempus Festum Pentecostes, Festum S. Spiritus incidit, ac ab Ecclesiastico sunt Menses, inquit doctissimus Sancius, ut noscamus S. Spiritum, restitutionem Arcæ procurasse; S. Spiritus mediator ostium est, ac janua, per quam largissimæ Dei gratiæ nobis unque proveniunt. Confirmat hoc S. Paulus ad Rom. cap. 8. Spiritus agit.*

adjuvat infirmitatem nostram; nam quid oremus sicut oportet  
nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenar-  
rabilibus. Ad quæ verba S. Anselmus: *Adjutorium Spiritus San-  
cti sic expressum est.* Verissime S. Thomas à Villa Nova Conc. 2.  
in die Pentecostes: *Adjuvat infirmitatem nostram; interpellat  
pro nobis, si in peccato sumus, ipse nos arguit: si in servitute,  
ipse nos liberat, est Paracletus, Patronus, Doctor, Custos, Advo-  
catus, Dux.*


## CONCEPTUS VI.

Fatigatus JESUS sederat super fontem, Joan. c. 4. Ad fontem  
solatum, refrigerium querit; quis hic fons, quæ illa est aqua?  
Aquam, quam Christus affectavit, non fuisse materialem aquam,  
sed S. Spiritus gratiam, contextus indicat: *Si scires donum Dei,  
& quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsan petiisses ab  
eo, & dedisset tibi aquam vivam &c.* Qui biberit ex hac aqua,  
quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum; aqua, quam ego  
dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam.  
Sicut nunc aqua, quam Christus affectavit, non fuit materialis,  
sed spiritualis, ita quoque fons ille, ad quem quieverat Christus,  
scaturiginem refrigerii, & auxilii coelestis, S. Spiritus gratias signa-  
bat. Fessus ergo JESUS ad fontem sedet; docens: ut fatigati, las-  
fati variis tribulationibus, ad aquam vivam, ad fontem gratia-  
rum, S. inquam Spiritum confugiamus, hinc fluit stabile solatum,  
certum adjutorium, firmissimum refrigerium. S. Paulus subscri-  
bit ad Galatas cap. 5. *Fructus autem Spiritus est charitas, gau-  
dium, pax, patientia.* Optimè S. Leo Papa Serm. 1. Pentec.  
*Ab hoc imbre charismatum, flumina benedictionum.*

Cum Sponsa ergo Cantic. c. 4. S. Spiritum invocemus: *Ve. Epilogus.*  
*ni Auster, perfla hortum, & fluent aromata; gratiarum*  
inquam, ac donorum Altissimi.  
Amen.



FERI!



## FERIA TERTIA PENTECOSTES.

### CONCIO SECUNDA.

*Textus.* *Veni ut vitam habeant, & abundantius habent.*  
*Joan. 10.*

*Thema.* *Castis se communicat S. Spiritus.*

*Exordium.*

E columbis tradit Columella lib. 2. cap. 8. mundum in locis inhabitare: Verba Columellæ sic sonantur: *Totus autem locus, & ipsæ columbarum selle pavent, albo tectorio, quoniam eo colore præcipue etatur hoc genus avium.* Et paulò inferius: *autem subinde converri & emundari debet, nam quam cultior, tanto letior avis conspicitur.* Unde Academicus columbam pingit versus dealbatam turrim volantem: cum intende: *Ad Candida properat: S. Spiritus columbae specie annuntiatur, hoc lemmate repræsentatur, quippe qui in candidum, castum hominis cor avidissime illabitur; inscriptio sit: Ambe Textus Sacrae da properat corda.* Scripturæ textibus stabilio: *Qui in cordis mundiciam, habebit amicum Regem.* Proverb. cap. 21. Matth. 5. ait Christus: *Beati mundo corde, quoniam ipsi videbunt.* Et cap. 22. *Qui neque nubunt, neque nubent, erunt sicut Angeli Dei in cælo.* Patres audiamus: *Mundus S. Augustini. Domino mundissima debetur habitatio, inquit S. Augustinus, lib. medit. c. 35. Nihilo Deus, Sponsus cœlestis, S. Spiritus Soto Major. delectatur cordis mundicie, scribit Soto Major in cap. 2. Cor. 4. 18. Anima quantù mundior corde est, tanto capacior Christi.* docet S. Paulinus Epistola 35. Similiter line exponit Theophilus. Etus in cap. 5. Matth. *Sicut speculum puerum fuerit mundum,* vix

*imagines, illa anima pura faciem Dei.* Hinc S. Leo S. Spiritum s. Leo intitulat Serm. 1. de Pentec. *Signaculum Castitatis.* Per pulchra sunt verba Tertulliani de cultu fœmin. cap. 1. *Cum omnes sumus Tertullianus, templum Dei, illato in nos & consecrato Spiritu Sancto, ejus templi aditua & antistes est pudicitia.* Unde S. Agatha ad S. Luciam s. Agatha, inquit: *Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum præparasti.* Et S. Lucia affirmat: *Castæ viventes, templum sunt Spiritus Sancti.* Gloriosum & insignem inter cæteras virtutes, castitas & mundicia locum tenet, quia ipsa sola est, quæ mundas mentes hominum, præstat videre DEUM, prædicat S. Augustinus in 25. post Trinitatem. Finio cum S. Isidoro lib. 2. Syn. cap. 1. S. Isidorus, *Continentia hominem Deo proximum facit, & ubi ista manet, Deus manet.* S. Spiritus gratia Conceptus dabo.

### CONCEPTUS I.

In forma ignis se super Apostolos præsentavit S. Spiritus ac instar venti, super eos venit, ut patet Actorum cap. 2. *Factus est repente de cœlo sonus tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes: & apparuerunt illis dispertita lingua tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.* Cur in forma ignis, & instar venti S. Spiritus super Apostolos venerit, dicam caualem: Ignis & ventus mundiciam & puritatem anhelant: sic ignis purificat aurum; ventus aërem purum, mundumque reddit. Venit ergo S. Spiritus in forma ignis & venti ad indicandum: puritatem & mundiciam se desiderare, in puris ac castis mentibus residere, ac mansionem facere. Ludovicus Sotomajor hujus Conceptus in cap. 2. Actorum inventor est: *Nihilo enim Deus sponsus cœlestis magis delectatur, quam cordis mundicie.*

### CONCEPTUS II.

S. Spiritum non immerito unioni seu gemmæ preciosæ comparvero: Unioni; quoniam unus est cum Patre & Filio; Unioni; Pars II. (D) quia

quia S. Spiritus unit corda nostra in charitate cum Deo & pro  
mo. Unioni, seu gemmæ Academicus substernit aurum purum,  
cum Lemmate: *Purissimum fit hujus habitaculum.* Te-  
dunt quoque Naturalistæ gemmæ qualitatem probari plumb  
geniuina quæ est, plumbi nigredine non maculatur, sed cando  
illæso albedinem servat, Academicus adnectit subscriptionem.  
*Non inficitur:* Unio seu gemma preciosa ergo est Spiritus S. au-  
cujus mens, & cor fuerit, purum ac mundum, ab omni for-  
immundicie, aptum fit ejus habitaculum; albedinem diligit, o-  
stos eligit in domicilium: ita concludit Sapientissimus lib. Sa-  
piæ cap. 1. *Spiritus enim Sanctus disciplina effugiet istum,*  
*eufferet se à cogitationibus, qua sunt sine intellectu.*

### CONCEPTUS III.

S. Spiritus Sapientia est, ac lumen cordium: dicit nunc  
Iomon de hac Sapientia Prov. c. 9. *Sapientia adificavit sibi*  
*mum;* quæ est illa domus, ac dignum habitaculum S. Spiritus.  
Sunt, qui S. Ecclesiam hanc domum dicant, S. Bonaventura  
Speculo cap. 6 Domum & habitaculum S. Spiritus, B.V. Maria  
esse adstruxit: *S. Spiritus Mariam per Domum convenienter*  
*signavit, quia sibi Sapientia increata, cum 7. columnis,*  
*donorum Spiritus Sancti excellentissime adificavit.* Veritate  
citati Patris. Lubens has opiniones suscipio: concedo, Ecclesiam  
per domum Spiritus Sancti posse intelligi, concedo & B.V. Ma-  
riam domum esse S. Spiritus, ast, quid de Virgine Maria dicatur?  
Eccles in Cant. c. 4, audiamus: *Tot a pulchra es amica mea, & no-*  
*cula non est in te.* Divino oraculo Maria Virgo castissima pre-  
nuntiatur, Lucæ cap. 1. *Mffus est Angelus Gabriel ad Virginem*  
*desponsatam Joseph: Et nomen Virginis Maria.* Ipsa etiam can-  
dide fassæ est: *Virum non cognosco.* Ecclesiam domum S. Spiritus  
S. Paulus ad Ephes. c. 5. deprædicat: *Non habentem macula-*  
*ant rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta, & imma-*  
*culta.* Domus, & habitaculum S. Spiritus est uterus B. V. Mariae  
sed immaculatus, castissimus. Domus & palatium S. Spiritus e-  
s. Mater Ecclesia, sed sine ruga, sine macula, unde discimus

casta, ac pura, solum inhabitare Spiritum Sanctum, castæ, ac pure, virginæque mentes, ac corda, accepta sunt S. Spiritus habitacula.

## CONCEPTUS IV.

Ab exordio mundi, jam *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, Genes. cap. 1. Aderat lucidissimus sol, luna & stellæ, cur his non innititur? cur aquas præ Sole eligit, ac diligit? penes observare libeat, quid S. Marcus cap. 1. de Servatore nostro scribat: *Vidit cœlos apertos, & Spiritum Sanctum tanquam columbam descendenterem, & manentem in ipso, & vox facta est de cœlis, tu es Filius meus dilectus, in te complacui.* Quid quæso movit Spiritum Sanctum, quod super Christum descenderit, & in Christo mansionem acceperit? motivum ex textu antecedente desumo: *Baptizatus est à Joanne in Jordane.* Baptizare: idem sonat, ac mundare, abluerre, purificare. Christus baptizatus à Joanne in Jordane, hominem castum, mundum, purum designat, vix baptizatus est à Joanne Christus: & vidit cœlos apertos, & Spiritum Sanctum tanquam columbam descendenterem & manentem in ipso: discamus: castos, mundos, inhabitat S. Spiritus; casti, mundi sunt S. Spiritus permanens, ac stabile domicilium. Hinc ab exordio mundi aquis incubuit: S. Spiritus, *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, super aquas, quarum natura est limpitudo, albedo, ac claritas, quarum qualitas est mundare, purificare. Iterum argumentum: castis, puris, & albis virginitate, claris ac candidis castitate, innititur S. Spiritus.

## CONCEPTUS V.

Columbam Noëticam S. Spiritus symbolum esse extra dubium est, hinc & in columba forma apparuit sæpius. De columba Noëtica nunc legitur Genes. cap. 8. eam nonnisi in loco ab omni spurcitia mundo, ac puro, in Arca inquam, ad quam aquæ diluvii non pertingebant, resedisse: ita S. textus: *Cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversus est ad eum in Arcam.*

(D) 2

Doctrina

Doctrina sit: S. Spiritum nonnisi castas inhabitare mentes, c  
cordibus insidere, repeto symbolum initio thematis citatum, &  
*candida properat: nervosè in hunc finem S. Augustinus lib. m  
ditat. cap. 35. Mundissimo Domino mundissima debetur habita  
Noverat hoc devotissimus David.*

### CONCEPTUS VI.

Precatur zelosissimus Psaltes Ps. 18. *Quis dabit mihi pen  
sicut columba?* Et Psalmo 50. suspirat: *Cor mundum creavit  
Deus:* faxit Deus, decur Davidi cor mundum, mentis castitatem,  
puritas; dentur David pennae columbae, quid inde emolumen  
hauriet? indubie inhabitatorem cordis, & viscerum suorum  
Spiritum futurum sibi compromittit: *Spiritum rectum innocu  
visceribus meis.* Appositè hic Sanctus Bernardus Serm. 3.  
hoc Festo: *Scias vas tuum possidere in sanctificatione, & in  
re, & non in passione desiderii, S. Spiritum accepisti.* Quis  
bit mihi pennas sicut columbae, & requiescam; columba aliæ  
gitationes sanctas, puras, mundas, coelestia meditantes hab  
habuerit, de incola cordis S. Spiritu quasi certus sit: requies  
Deum videbit, divinis gratiis perfruetur. Sic subscriptum  
Evangelista Matthæo cap. 5. *Beati mundo corde, quoniam  
Deum videbunt.*

*Epilogus.*

Hortor ergo cum S. Augustino Serm. 185. *Anniversari  
diem celebramus de adventu Spiritus Sancti, sed nos ita agimus  
ut quotidie eum ad nos castis operibus, & castis  
pectoribus invitemus.* Amen.



FERIA

## FERIA TERTIA PENTECOSTES.

## CONCIO TERTIA.

Pascua invenient. Joann. cap. 10.

*Textus.*Verbum Dei cibus est animæ, quo anima <sup>Thema.</sup>  
Virtutibus proficit.

**V**irtutibus, ac donis Spiritus Sancti repletissimum in- *Exordium.*  
venio fuisse S. Joannem Baptistam: summae austera-  
tis, & mortificationis; zona pellicea circa lumbos  
ejus, locutas, & mel silvestre edebat. Matth. cap. 3.  
Summae humilitatis: Non sum dignus procumbens solvere corri-  
giam calceamentorum ejus. Summi zelus: qui constanter, etiam  
cum vita periculo repetebat: Non licet tibi habere uxorem fra-  
tris tui. Marc. cap. 6. Summa fidei, & constantiae in adversis,  
qui etiam in vinculis mansit, Joannes in eodem. Unde tantæ  
virtutum divitiae, ac copiosi donorum S. Spiritus thesauri? dicat  
originem S. Lucas cap. 3. *Factum est Verbum Domini super*  
*Joannem Zacharie filium:* Verbum DEI ergo pascua, & cibus  
sunt animæ, gratiarum, ac donorum Spiritus Sancti. Audiamus  
desuper sacram Scripturam. *Beatus, quem tu erudieris Domine,* *Textus Sacra*  
*& de lege tua docueris eum,* canit David Psalmus 93. & Psal. 118. *Script.*  
Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat par-  
vulis; & iterum Ps. 185. *Lucerna pedibus meis verbum tuum,* &  
lumen semitis meis. Verba, quæ ego locutus sum vobis, Spiritus  
& vita sunt, inquit Christus Joannis cap. 6. *Fructus pascunt*  
*homines, sed sermo tuus hōs, qui in te crediderunt, conservat:*  
prædictus Salomon Sapientiae 16. Et Isaías habet cap. 55. *Sicut de-*  
*scendit imber, & nix de cælo, & illuc non revertitur, sed ixe-*

(D) 3

*briat*

briat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & semen serenti, & panem comedenti, sic erit verbum meum, egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum. ¶  
 hortatur S. Jacobus cap. 1. *Suscipite insitum verbum, quod test salvare animas vestras.* Ec Christus ait Joan. 10. *Ore vocem meam audiunt, & ego vitam eternam do eis, & non peribunt in eternum.* Audiamus & Patres: Innumeris utiliter facit verbum Dei in anima, nam fränat eam à peccatis, erat, illuminat, inflamat, mundat, pascit, confirmat, suscitat, emollit, & totius boni capacem facit, etenim verbum est fränum, vita, lux, ignis, cibus, medicina, virtus & purificatio cordium. Ita S. Thomas à Villanova. Serm. in Sexagesimum est consilium, ubi bonum est verbum Dei, misit Dominus Ambrosius, hum suum, ut sanaret hominem, non ut perderet, hoc vero medicina est, docet S. Ambrosius in Ps. 45. Verbum Domini Bernardi, pascua vitae, refectio anime, dulcedinis pocula, dilectorum charitatem, laetificantia corda, chariora diligentibus Christum super aurum lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & ferme Verba sunt S. Bernardi Serm. 10. in Coena Domini. Serm. 16. de tempore. Sicut verbum Dei aeternum est Angelorum in celo, ita verbum Dei est pabulum sanctarum marum in terra. Bellovacensis lib. 3. spec. part. 1. dist. 10. S. Bernardi. Solis natura est eis, qui in hoc mundo sunt, ordinante Deum omnium Senens. raliter dare vitam, illam conservare, insuper augmentare, etiam verbum Dei in anima haec tria specialiter operatur. In Bernardinus Serm. 9. in Dom. 1. Quadragesima. Concludo cum Chrysostomo hom. 32. Sicut corporalis cibi appetitus judicatur, bona valetudinis, ita desiderium spiritualis doctrine, manifestissimum argumentum est, anima bene habentis. Divinitate invocata Conceptus pandam.

## CONCEPTUS I.

Exodi 32. Moyses verbum Dei comparat rori: *Fluat ut ros Confirmati eloquium tuum.* Rori campos secundanti subscriptit Academicus Lemma: *Inde salus & precium.* Salus, cum languidæ segetes rore salvifico erectæ salvantur, quot roris guttis, tot preciosis gemmis divites crescunt, & maturescunt: Rori ergo comparatur verbum Dei, quia verbo Dei animæ hominum salvantur, virtutibus exornantur, donis ac gratiis S. Spiritus ditantr: tam ex lege veteri, quam nova proba patet: Divina bonitas salutem hominum ordinavit, quis dicet quo medio? medio verbi Dei: *Suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum.* Jerem. 29. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent: *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob,* prophetat Isaïas cap. 2. Et quomodo fient hæc omnia? medium subnectit: & est verbum Dei: *Docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus, quia de Sion exhibet lex, & verbum de Jerusalem.* In nova lege ad salutem præmittitur præcursor S. Joannes Bapt. Lucæ cap. 3. *Prædicans baptismum penitentie: & egrediebatur ad eum omnis Judæ Regio.* Advenit ipse Salvator querere, quod perierat, & incipit à verbo Dei. *Cepit Jesus in Synagoga docere.* Marci c. 6. Ante gloriosam suam ascensionem, & Apostolis imperat in mundum universum se dividant, eumque ad salutem reducant medio verbi Dei: *Ite in mundum universum, & docete omnes gentes.* Matth. 28. Verbum Dei ergo pascua dico, per quæ anima proficit, in virtutibus ditescit, ac donis S. Spiritus.

## CONCEPTUS II.

Exodi cap. 28. ordinavit Deus, ut summus Sacerdos ad orationem vestimenti sacri mala punica, & tintinabula asperxa haberet

*Deo*

*Deorsum verò ad pedes ejusdem tunice per circuitum, quæ la punica facies &c. mixta in medio tintinnabulis. Quid m̄ rii h̄c latet, quod mala punica cum tintinnabulis ad oram menti sacri Deus immixta, & adjuncta ordinaverit? mysticæ ex qualitatibus mali punici, & signo tintinnabuli eruam. Mala punicum, durissimam & amarissimam habet corticem, intus rō foveat succum suavissimum, ac pretiosissimum; symbolum p̄fserens virtutum, ut castitatis, humilitatis, devotionis, potentiae &c. castè vivere, humiliiter de s̄e sentire, abstinentia & mortificatione corpus suum affligere, ac pœnitere, an non dura amara cortex est, ast intus fructus vovet dulcissimos ac præfissimos; videamus precium, gustemus suavitatem: castis suis est fructus visionis beatificæ: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, Matth. 5. Humiles exspectat gloria dei. Qui se humiliat exaltabitur. Lucæ 18. Pœnitentes se mortificantes numerabuntur inter Dei filios, & heredem Paulo ad Hebræos 11. Angustiati & afflitti &c. accepta promissionem. Tintinnabulum, seu campana signum est, seu monitio, adhortatio ad bonum opus, ut, ad orandum, ad Divinum viendum; figura verbi divini, concionis, exhortationis, tintinnabula, seu campanulas, Deus ordinavit in ueste sacraria patere debere mala punica; indicans, & edocens; tintinnabulum, quo ad mala punica, ad virtutum gradus pervenientibus fructus donorum, ac gratiarum S. Spiritus, degustantur catur ulterius Exodi 37.*

### CONCEPTUS III.

Citato libro præcepit Omnipotens, Arca fœderis, seu propitiatorium, à Cherubinis custodiatur, tegatur, circumdecur, ornetur. *Duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos posuit utrâque parte Propitiatorii, Cherub unum in summitate unius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius, dum Omnipotens Propitiatorium. Cur arcam Dei, ac Propitiatorium re-*

à Cherubinis, & non etiam Seraphinis Angelis, observari, ac custodiri Deus præcepit? notare libeat; Cherub, hoc nomen, idem significare, quam *scientiam Dei*, inquit S. Gregorius. Verbum Dei, lex, ac præcepta divina, animæ, ac Spiritus sunt arca, & propitiatorium, à Cherubinis, id est, scientia Dei, Verbo Dei, ordinavit Altissimus, Arca, & Propitiatorium custodiatur, tegatur, adornetur, indicans: Animam ac spiritum hominis; quam optimè, à malis, ac peccatis custodiri, per Verbum Dei; per scientiam legis, ac præceptorum divinorum, pulcherrimis virtutibus, adornari, pretiosissimis donis S. Spiritus ditari.

## CONCEPTUS IV.

Jobo, inquit sacer textus lib. Job. cap. 42. post ruinam, fratres ac sorores condolentes, tulisse munera: Ovem, & inaurem: *Et dederunt ei unuquisque ovem unam, & inaurem auream unam.* Quid mysterii latet, quòd ovem cum inaure obtulerint? Ovis est symbolum hominis prædestinati, ac virtutibus ornati, & ditati donis ac gratiis S. Spiritus: *Statuet oves à dextris.* Matth. 24. Inauris, auriculæ est ornamentum, mysticeque denotat facilitatem, optimamque dispositionem, ad audiendum; Ovi ergo fratres Job, adjungunt inaurem auream, ad denotandum: Audiendo ferventer Verbum Dei, fieri hominem Ovem Christi; ornatum Virtutibus, dotatum donis S. Spiritus, ac ad gloriam prædestinatum. Sic concludit Didacus Stella in cap. 11. Lucæ: *Habent divina verba, nescio quid divini, & paterni amoris, quod audientes filii Dei, qui ad aeternam beatitudinem destinati sunt, in ipsis agnoscuntur, gaudent, & exultant.*

## CONCEPTUS V.

S. Paulus à charissimis suis Vale accipietis, sic finit Sermonem Act. 20. *Et nunc commendō vos Deo, & verbo gratiæ ipsum:* suscepisset dixisse, *commendō vos Deo:* quid significat ergò hæc additio: *Et verbo gratiæ ipsum:* quid est intelligendum per illud verbum gratiæ? S. Cajetanus super citatum caput 2. Actorum textum:

Pars II.

(E)

textum: *Verbo gratie ipsius*, sic explicat: *Sermoni Dei a  
vo gracie, quā salvi sumus*. Commendat igitur nos Apo-  
Deo, cupit nos virtutibus repleti, donis, ac gratiis Spiritus  
et̄i ditari: ad hæc medium præscribit, nemp̄ Verbum DEI  
mirum si diligenter, avidè, attente, audiverimus Verbum DEI  
illudque corde retinuerimus, fiemus commendati Dei, gra-  
cepti, virtutibus ornati, donis S. Spiritus d̄vites, electi, ac  
destinati. Mellifluē S. Bernardus Serm. 1. in Sept. Dati  
*signa quedam & indicia salutis, interea quæ fiduciam pro  
& materiam spei, unum illud maximum est, Verba DEI*

## CONCEPTUS VI.

Æterna ac infallibilis Veritas Joan. c. 5. inquit: *Amen  
dico vobis, qui Verbum meum audit, habet vitam et  
S. Bonaventura hic miratur modum dictioñis: Qui audi-  
tum meum, habet vitam æternam; aptius dixisset: *vitam  
eternam*. Ast de præsenti loquitur, jam habet vitam  
nam, qui Verbum Dei audit: & quomodo in præsenti, in  
equaliter vitam æternam habet, qui audit Verbum Dei: in  
S. Bonav. *Qui Verbum Dei audiunt, in præsenti vivunt  
gratia*: gratiæ inquam donorum Spiritus S. medianthrum  
donis jam prægustant dulcedinem, ac suavitatem vita-  
*Quia ex auditu Verbi Dei*, inquit S. Thomas Aquinas Serm. 2.  
Pass. *vitatur omne malum, secundo acquiritur omnia bona*  
Verbum Dei pascua ergo merito dico, in quibus saginatur  
gratiis Spiritus Sancti.*

*Epilogus.*

Hortor ergo cum S. Paulo ad Philipp. 2. *Vestram salu-  
operamini, Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle o-  
ficere, pro bona voluntate*. Medium adnectit: *Verbum  
continentes, id est: Verbum Dei, Sermones, ac Conciones  
zelosè audientes, hæc vitam æternam  
conciliant. Amen.*

55(0)55

## Pro Festo S. Trinitatis

- Legat benevolus Lector Dominicale meum super hoc Festum.
- Concio 1. Ab hoc Trino, sanctissima inquam Trinitate, provenit, omni creaturæ, omne bonum.
- Concio 2. Præsentia Dei quam sit proficia, felix ille, cum quo Deus est.
- Concio 3. Sanctissimæ Trinitatis mysterium probatur, hoc mysterium devotè venerari, sumi esse meriti deducitur.

## Pro Festo Corporis Christi

Legat Dominicam secundam Pentecostes.

- Concio 1. Ab omni homine, venerabile Sacramentum, omni possibili honore, venerandum est.
- Concio 2. Venerabile Sacramentum devotè collentibus, fit omne genus gratiarū.
- Concio 3. Qui venerabile Sacramentum irreverenter vel tractant, vel sumunt, gravissimè punientur.
- Legat etiam benevolus Lector in Dominicali meo super Dominicam quartam Quadragesimæ, & inveniet Themata sequentia:
- Concio 1. Panis Eucharisticus, omnia mirabilia, & desiderabilia in se continet.
- Concio 2. Per mare Pœnitentiæ quisque se præparet, qui panem Eucharisticum, cum fructu sumere intendit.

(E) 2

IN FESTO

IN FESTO S. JOANNIS  
BAPTISTÆ.

CONCIO PRIMA.

*Textus.*

*Vocabant eum nomine Patris sui Zachariam, & spondens Mater ejus dixit: nequaquam sed cabitur Joannes. Lucæ 1.*

*Thema.*

*Tenera ætas, ac juventus, optimè instituta est, hæc enim facile curatur, difficulter ætas adulta.*

*Exordium.*

**V**iator in via conspicit teneram arbustam, cuiusno<sup>m</sup>ti cortici insculptā legerat verba S. Thomæ, <sup>ad</sup>divino plena, Joan. 20. *Dominus meus, & Deus noster.* Quibus litteratus Viator symboli loco subfringit. *Crescent, dum crescit.* Crescent inquam hæ litteræ, dum medietas arbor, inveterascent unà cum arbore annosâ. Indicantur, cum tenera juventute, eidem insculptos, ac insitos dotes crescere, augmentari, perennare: uti Laërtius canit,

*gigni pariter cum corpore, & una Crescere sentimus, pariterque senescere mentem.*

*Teste Poëta altero:*

*Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.*

*Hoc indicavit Sapientissimus Prov. cap. 22. Adolescens iuviam suam, etiam cum fenerit, non recedet ab ea. Ita super elegantissimè Patres, ac præcipui Scriptores: Ut aqua i. Hieronym. a cœla sequitur digitum precedentem, ita ætas molles & temeraria inuitat.*

in utramque partem flexibilis est, & quocunq<sup>z</sup> traxeris, trahitur,  
scribit S. Hieronymus ep. ad Gaudentiu. Audiatur Seneca epist. 116.  
Nulli non initium est verecundum, & exorabile, sed ob hoc la- Seneca.  
tius funditur, non obtinebis ut definat, si incipere permiseris:  
imbecillus est primò omissis affectus, deinde ipse se concitat, &  
vires, dum procedit, parat; excluditur facilius, quam expellitur.  
Disserit Philo Hebræus lib. de Decalogo: More serpiginosi ulce- Philo He-  
ris, quod in sectionibus, cauterisq<sup>z</sup> reprimatur, torum circum- bræus.  
quaque corpus occupat, nec ullam partem intactam præterit, ad  
eundem modum, nisi ratio philosophica, seu bonus medicus co-  
bibeat se diffundentem concupiscentiam, totam vitam perturba-  
bit necessario, cuncta enim sine exceptione subjiciuntur huic vi-  
te; sed nunquam magis insanit, quam dum nacta est licentiam.  
Discant ergo statim pueri manus à furtivis lucris abstinere, mi-  
nimis etiam: quia diuturna consuetudo, potentior quam natura  
fuit, & ni malum nascens inhibeas, crescit in immensam magni-  
tudinem. Optimè Cassiod. 5. Vari. 38. Quae nunc virgulta Cassiodorus.  
sunt; erunt, si negligentur, & robora, ista enim, que modò facili  
avulsione diruuntur, postea vix securibus ita succumbunt, atq<sup>z</sup>  
ideò sociata debet pro operatione contendere, ut praesenti diligen-  
tia, futuri laboris evadatis incommoda. Dei gratiâ desuper  
Conceptus dabo.

## CONCEPTUS I.

Strenuus Dux Gedeon, dum cum Amorrhæis conflictum in-  
fret, Deo dante triumphus ex parte Israëlis stare incipit, hic ut  
amplior, ac diuturnior sit, cum jam Sol ad occasum tenderet,  
Numini supplicat: *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna con-*  
*tra Vallem Ajalon.* Josue cap. 10. Et ecce miraculum! Stere-  
runtque Sol & Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis.  
Et rursus ait Scriptura: *Stetit itaque Sol in media cali, & non*  
*festinavit occumbere spacio unius diei &c. non fuit ante & post*

(E) 3

tam

*tam longa dies.* Magnum h̄ic latet mysterium, quod statim Solem ad preces Josue Scriptura enarrat, Lunam vero stetit semel tantum, & absque encomio insinuet, cum tamen ad utrumque luminare supplices à Josue latæ sint, utrumque luminare petitias Josue præstiterint; quid mysterii latet, quod Scripturam accuratè, Solem ad preces Josue, stetisse, bis, & iterato, petitis vicibus, narret? Lunam vero stetisse, obiter tantum eninsinuet? capite mysterium: Dum Josue Deo supplicat, ut filii sificant cursum suum; tunc Sol ad occasum tendebat, adulterus & senex, resplendebat; Luna vero tunc nova, vel in primo quadrante, exiguis cornibus apparere, incipiebat: ita Lyranus luminaribus: *Erant in tali dispositione, quod uterque apparet super terram.* Incipientem, novam Lunam, stetisse; semel in tum sacer textus refert, quasi minus operosum; ast adulterum clinantem Solem, stetisse, bis, & iterato repetit, ut rem operosissimam; Luna incipiens, ac nova figura sit teneræ juventutis Sol inverteratus, adultæ ætatis; flectere, corrigere, ad numerum habere, ad optimam frugem perducere teneram juventutem non adeò operosum est, ceræ hæc similis est, levi modo forma bonam suscipit; virgulæ est similis, in rectitudinem facilem teckit & erigitur. Ast adulterum jam, ab usitato cursu detinet, hoc re, miraculum est; factum, bino eloquio depraedicandum.

## CONCEPTUS II.

Narrat Salomon Prov. cap. 9. *Sapientia immolavit victimas suas:* Tertullianus adversus Gnoſticos cap. 7. legit: *Sapientia jugulavit filios suos.* Libeat nunc legere cap. 22. Genet. Hier. riter Abraham vadit immolare, jugulare filium suum Isaacum. Etiam: *Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum.* Sapientia non legitur victimis suis violentia manus injecisse; ligasse, aut vinculasse, sine vinculis, liberrime victimas suas ad aras deduxit, contra Abraham victimam suam ligasse, vinculasse, coercuisse, describitur. *Cum alligasset Iacobum suum suum, posuit eum super struem lignorum.* Quid arcani latet quod Sapientia victimas suas ligare, vinculare, necesse non fuerit?

buerit, Abraham vero victimam suam, filium Isaac, vinculare, pedes, manusque ejus ligare, stringere, compulsus sit? arcum latens est: Victimæ Sapientiæ, tenera erat prolium, filiorum, filiarumque ætas, ac infantia; ita textus: *Immolavit victimas suas, misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mania civitatis, si quis est parvulus.* Infantiam, teneram ætatem, non ligavit Sapientia, ad indicandum; hanc facile deduci ad cultum divinum, ad optima queque; hanc levi negotio flecti posse, ne recalcitret. Ast victima Abrahæ, non fuit filius infans, aut puer parvulus, Isaac jam maturus, oneri ferendo fortis, adultus erat, patet ex textu: *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum:* maturo, adulto, opus habuit Abraham ligare manus, vinculare pedes, causam addit Zeno Serm. i. de Abraham: *Ne in exitu mortis, victima calcitraret, hoc est;* ne adultus jam, jugum abjiceret; fieri victima recusaret, DEI servitium, & obsequium protervus fugeret, & contemneret. Tam difficile est, bonitatem, pietatem, zelum, ac virtutem, in adulto jam querere, aut sperare, quas puer, aut infans non asuevit, imbibit.

### CONCEPTUS III.

Scribit Ezechiel cap. 17. *Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis, & varietates venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, summitatem frondium avulsa.* Certè, summitatem frondis alicujus avellere, decerpere, grandi Aquila opus non erat, cum legamus imbellem columbulam, Genes. cap. 8. frondem olivæ, debili suo rostro, avulsa, ac in Arcam transportasse. *Illa venit ad eum, ad vesperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo.* Quomodo frondem olivæ, debilis columba tam facilè potuit avelere, ex opposito vero, ad Cedri frondes avellendas, grandis corpore, fortissima viribus, acutissima rostro, & unguibus Aquila, adhiberi debuit? Advertere libeat; ramum olivæ, quem decerpit columba, suisce tenellum, recentem, germen solum aliquot dierum, post diminutas aquas diluvii protrufum, ita hunc olivæ ramum nominat S. Cajetanus in Genef. *Ad accipiendum hunc ramuscum tenet*

*tenellum.* Ast ramus Cedri, ut ipsa Cedrus, annosus, perver-  
erat. Ad tenellum, recentem olivæ ramuscum flectendum, &  
cerpendum, transportandum, molle columbæ rostrum sufficie-  
ad annosam verò Cedri frondem flectendam, avellendam, tra-  
portandam, fortis exigebatur virium Aquila, rostrum, & ungu-  
acutissimæ, quasi arma, & instrumenta validissima, requirebant.  
Non erravero, si tenellum olivæ ramum, recenti juventuti, et  
tra annosæ Cedri frondes, adultæ jam ætati comparavero; re-  
tem, & teneram juventutem, ad optimos mores flectere, dirige-  
in sanctitatis optimorum morum formas deducere, columbus  
efficit ingenium, simplex, ac suavis magistri modus: ast annos p-  
bertatis egradientem, jam majorenem, & nondum edomini  
nondum bonis moribus instructum, nondum pium, castum, sit-  
um, à ludicris voluptatibus, Epicuri schola; Veneris spurcitis,  
velere, in meliorem vivendi, agendi modum, vel formam de-  
cere, non paterna vis, & correctio sufficit amplius, Aquila ga-  
dis vires, ungues, ac rostrum; dicere volo: justitia secularis  
tissimæ vires, tormentorum, ac suppliciorum acerbitas, gran-  
immanitas, vix tales corrigere, & ad meliora reducere valent  
ipsis ergo incunabulis vitia sunt interstringenda, alioquin tollerent,  
correctionem respuunt, nec medicinam jam accipi  
Optime Cassiodorus 5. Var. 15. Difficultatem nobis querimus,  
dum in ipsis cunabulis, scelera committuntur.

## CONCEPTUS IV.

Philistæ vineas suas devastatas indoluerunt: *Vineas quoque  
& olivetæ flamma combusit.* Judic. 15. Econtra Sponsus gaudi-  
de vineæ suæ conservatione, ac ubertate: *Vineæ nostra floruit.* Ca-  
ptic. 2. Quomodo factum est, quod Sponsi vinea manerit vires  
& fructificans; vinea verò Philistinorum exaruerit, & tota sterili  
facta sit? diversus hic effectus venit, quod Sponsus vineam in pri-  
mordio curaverit, à principio obstacula vineæ curaverit, abeg-  
rit; Philistæ verò recentem vineam non curarunt, obstacula, no-  
cumenta vinearum, segniter adolescere, inveterascere, indulsi-

runt; & quæ illa vinearum noxia? vulpes erant; dolosum hoc animal vineis insidiatur, botros maturissimos devorat, palmites recentes detulit, sique vineam depascit, devastat. Vulpes nunc parvulas, juvenes, Sponsus capere, abigere instituit, *capite nobis vulpes parvulas*; sic parvulas vulpes capiendo, abigendo, vineam suam conservavit illasam; uberem, fructiferam retinuit. Econtra Vulpes vinearum destrutrices, grandescere, adolescere, magnas, adultas fieri, Philistæ indulserunt, quibus emptis Samson ad caudas earum igne alligato in vineas immisit, quæ perrexerunt in segetes Philistinorum, quibus succensis, & comportata jam fruges, & adhuc stantes in stipula concremata sunt, in tantum, ut vineas quoque, & oliveta flamma consumeret. Judicum 15. Animæ fideles quid aliud sunt, quam Vinea Domini D E I Sabbaoth. *Ego plantavi te vineam*. Jeremias 2. Vulpes hanc D E I vineam depascentes, devastantes, sunt mali mores, ac peccandi licentia; si nunc quibus interest, ut parentibus, magistris, curæ est, ut hæ vulpes dum parvulæ sunt, morum inquam dissolutio, peccandi licentia; in concreditis pignoribus adhuc pueris, & infantibus, corrigatur, abrogeretur, manebit vinea hæc, anima fidelis, illæsa, ad maturitatem virtutum, ac fructuum honoris, & gloriae, perveniet. Si vero vulpes, iniquitas in filiis, adolescere induletur, illicita iis usque in virilem ætatem admittuntur; talis vinea, anima inquam, à flamma iniquitatis assuetæ succendetur, cremabitur, devastabitur, desolabitur. Audimus magnum Rupertum lib. 2. in Cantic. *Vulpes parvulas que demoliuntur vineas capite nobis, inquit, id est, recidantur citè, moriantur, & dispereant; observetur, & tam diu vinea nostra defendatur à vulpibus, à peccatis inquam, donec flos ejus fiat botrus præmaturus ex suo sapore cognoscendus, & terra viventium experimentum modo præbiturus.*

Pars II.

(F)

CON-

## CONCEPTUS V.

Habitatores Jericho veniunt ad Eliseum Prophetam fore  
cantes: aquas in regione eorum pessimas, curare, & meliora  
dignaretur: *Ecce habitatio civitatis hujus optima est & aquæ pessimæ sunt.* 4. Regum c. 2. Placatur facile vir sanar  
aquas curare, ac meliorare incumbit: *Egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus, sanas aquas has, & non erit eis ultra mors, neque steriles.* Notare libeat, aquas curaturus Propheta, non undas in  
no cursu, minus finem, vel exitum aquarum, sed fontem  
ginem, sale respertit, ac emendat. Cur rectè fontem  
rum originem, ac principium saliit? & cur non undas in  
cursu, vel finem, aut effluxum aquarum? quæro ego, quæ  
fons? nisi origo, initium, principium, & nativitas alicuius in  
vel fluvii; hominum, qui sicut aquæ dilabuntur, teneram  
tem, juventutem, ac innocentiam figurans: fluctus in diu  
decurrentes, vel planè in mare se præcipitantes, videntem  
tem, ac senium vitæ indicant. Fontem; originem,  
principium aquæ curat, ac corrigit Propheta, & ex fonte tem  
emendat fluvium, omnes fluctus, & medium, ac finem aquarum  
sanat, indicans: ætas prima, tenera juventus si late cor  
diatur, benè informetur, instruatur, salva erit & adolescen  
tia, & maturitas virilis, & decrepita senectus. Secus evenie  
Aethiopem lavabit, qui condire cogitat medium ætatis, adul  
viri dies, vel senis ultimas horas. Est hic Conceptus melius  
Doctoris S. Ambrosii Serm. 2. de Eliseo: *Dum fontem bendic  
undarum, fontem quandam indulxit animarum; Non tamen*

sola tantum fluenta benedixit Elisaus, quæ fontium jam gremio tenebantur; sed & illa, quæ humido terra solo, adhuc indiscreta paulatim erant imposterum defluxura. Unde ait Scriptura, ad exitus aquarum benedixisse Elisaum, ut stlicantem aquam prius sanctificatio susciperet, quam sinus fontis includeret.

Hortor ergo omnes Parentes, Magistros &c. verbis Men-  
dozæ in 1. Regum cap. 1. Annot. 32. Sect. I. *Parentes aculeatis  
præceptionibus, debent filios erudire, ne à vitiis obruantur.  
Hac enim præcepta, spineta quidem sunt, quibus inclusi flo-  
res non lacerantur, sed muniuntur.* Concludo cum S. Am-  
brosio Serm. 22. in Psalm. 118. *Ista stimulantia compungunt,  
(de acri juventutis correctione loquitur)  
non vulnerant. Amen.*



(F) 2

IN FESTO

IN FESTO S. JOANNIS  
BAPTISTÆ.

CONCIO SECUNDA.

*Textus.*

*Quis putas puer iste erit. Luce cap. 1.*

*Thema.*

*Bonus Juvenis, optimus Vir.*

*Egerdium.*



Este Plinio: Uniones, & margaritæ generatae Sole in  
ente, & in aurora, valde excellunt in candore, m  
gnitudine, rotunditate, ac pondere. Academi  
subscriptis Symbolum: *Omnis̄tius qualit̄us, ab in*

*S. Chrysostomus hoc Symbolum ad juventutem  
plicat: nemp̄e Juventus, quæ manæ, oriente Sole, & aurora,  
rationis, ad optimos mores, & virtutes applicatur, facile atq;  
cēm qualitatum, ac perfectionum pertinget; perfecta perma  
bit, in qualitatibus semper excelleret. Afferit hoc irrefrenabil*

*Textus Sacrae Scripturae.* Dei Verbum: *Adolescens juxta viam suam, etiam cum for  
rit, non recedet ab eâ. Prov. cap. 22. & cap. 20. Ex fundo for*

*intelligitur puer, si munda & recta sunt opera ejus. Ieron  
est Piro, cum portaverit jugum ab adolescenția sua, sed de lo  
litarius, & tacebit, & levabit super se. Jerem. Thren. cap. 1.*

*Ecce puer meus electus, quem elegi, intelliget, elevabitur, ob  
limis erit valde. Isaiæ cap. 5. Audiantur Patres: *Aurea con  
fessetur virtus, que ab infancia suscipitur, scribit Fernandez a**

*cap. 35. Genes. secti. 8. Electus Dei in aëres crescat in virtutibus,*

*crescat autem, dum ab infancia incipit, docet Abbas Pannorum  
in cap. 7. Apocalypsi. Sanctorum sibi vita non dissonat, sed quan  
lis fuerit superioris etatis, sit & sequentis. S. Ambrosius lib. 7  
de Virg. Et iterum in Ps. 118. Qui à juventute jugum puri*

*vit.*

*SS. Patres.*

*Fernandez.*

*Pannorum.*

verit, & habenis maturi moderaminis teneriora volens, colla  
subdiderit, sedebit singulariter remotus à strepitu interpellanti-<sup>Victore.</sup>  
um permotionum, & quietus filebit, cui necesse jam non est, jur-  
gari cum corpore, decertare cum variis cupiditatibus. Hugo à  
S. Victore lib. de clauistro animæ describit floridam juventutem:  
*In illa aetate inquit crines flavescent, caro nitescit eburnea, ocul-  
orum gemmis facies rosea decoratur, valetudo corporis vires sub-  
ministrat, & aetas juvenilis longioris vita spaciū repromittit:*  
quando viget ratio, vigent etiam corporis sensus, visus acutior,  
auditus promptior, incessus rectior, vultus jucundior; qui in hac  
aetate se domant, & Deo sociant, præmium Joannis Baptiste ex-  
spectant. Nempe Joannes in eodem, semper boni, virtuosi ad  
mortem. Optimè concludit S. Augustinus in Ps. 18. *Tantò magis S. Augustin.*  
efficitur quisque filius bonus, quanto largius datur ei à patre spi-  
ritus bonus. Concludo cum Theodorico s. Vari. cap. 15. *Diss. Theodorici.*  
cultatem enim nobis querele submovemus, dum in ipsis cunabu-  
lis scelerā resecamus. S. Spiritus gratiā invocatā, desuper Con-  
ceptus dabo.

## CONCEPTUS I.

Propheta Isaías Spiritu Sancto illuminatus, Christum Salva- *Confirmatio.*  
torem nostrum, amarissima quæque patientem, Agnum vocat:  
*Sicut Agnus coram tondente se obmutuit.* cap. 53. Adultus runc  
jam erat JESUS, 33. ætatis numeravit annos, & tamen adhuc  
Agnum, Christum Isaías vocat. Tenellum, recens, ac juvēne  
dum hoc genus animalium est, agnī dicuntur, dum adolescentū,  
non jam Agni, sed oves vocantur; qua de causa ergo Isaías, Chri-  
stum jam adultum, Virum 33. annorum, adhuc agnum intitulat?  
*Sicut Agnus &c.* Inspiciamus agnī qualitates; Candidus est intus  
& foris: innocentiam signat; Agnus ducem sequitur, obedientiam  
notat; Agnus percussus non recalcitrat, Iesus tacet, patientiam,  
& mansuetudinem indicat; de puerō JESU testatur Evangelista  
innocentiam: *Proficiebat aetate, & sapientia, & gratia apud  
Deum, & apud homines.* Lucæ cap. 2. Item & obedientiam:

(F) 3                   descen-

*Descendens cum eis in Nazareth, erat subditus eis. Summo pariter patientiam, & mansuetudinem: Reclinavit eum in propio, quia non erat eis locus in diversorio. Capite eodem. Vir factus, qualis est JESUS? talis, qualis puer parvulus; innocentius: Quis ex vobis arguet me de peccato? Joan. 8. Obedientissimus: Factus est obediens usque ad mortem, mortem a tem crucis. Paulus ad Philipp. 2. Patientissimus: Qui cum mandiceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Petri 2. Christum ergo jam adultum licet, & virum 33. u norum, tamen Agnum Isaías vocat: ideo Agnum, ad indicandum Bonus Juvenis, bonus erit Vir; Agnus est Christus, juvenis & puer innocens, obediens, patiens; talis est & vir, innocentissimus, obedientissimus, patientissimus moritur, & exspirat: audiamus Leonem Serm. 7. de Epiph. Dispositos dies JESUS sub perfictione inchoavit, & sub persecutione finivit, nec puer tolerat passio, nec passuro defuit mansuetudo puerilis. Non tamen adagium, bonus puer, & juvenis, optimus erit vir, ac fenerum Testem post Christum produco S. Joannem Baptistam.*

## CONCEPTUS II.

S. Joannes Baptista jam adultus factus; mititur afferendo Rege in carcerem, & in vincula conjicitur. *Joannes in vinculis.* Matth. 11. In carcere ligatus quid agit Joannes? fors spectator, quomodo ē vinculis se liberet? unde Patronos evadendi comparat? nihil simile: unicē occupatur, quomodo satis decenter, & reverenter Christum honorare valeat; hinc quod ipse in persona praestare nequit, per legatos exequitur, suos discipulos ablegat, honorent, venerentur Christum: *Cum audiisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis.* Eodem: Unde in viro, & adulto, hic zelus divinus, ut postposita vita, & commoditate propria, unicē Joannes cultum, & honorem Christi quærat, ac intendat? causa est: Joannes adhuc infans, in utero matris, Christum honorare, colere studuit; patet Luca cap. 1. *Exultavit infans in utero meo: Joannis in utero matris sua Elizabetha.*

sabothæ , sentiens præsentiam Christi JESU , exultavit ; saltum edebat ; inquit S. Basilus Orat. 38. qualis hic saltus fuerit, explico : Aristoteles docet : infantem in utero matris hoc situ sedere ; faciem intro, & matrem versus ; dorsum verò extra, & versus adstantes vertendo : dum ergò præsentiam JESU Joannes sensisset , exultavit, exiliit ; vertit se in utero matris suæ , faciem versus JESUM , & Mariam vertendo, & inclinando, quasi reverentiam Messiae faciens ; adhuc in utero matris, infans, Christum Joannes coluit, & honoravit. Hanc pietatem, quam Joannes puerulus exercuit, devotionem, cultum, quem Christo Joannes adhuc infans detulit, jam vir, & adultus, iteratò repetit, studet, & incumbit Christum Messiam, Dominum , & Salvatorem, honorare ac colere: *Mittens duos.* Est hic Concepitus mellifluus Ambrosii hom. 1. in Joannem: *Mirari non debemus, quod ab Herode missus in carcerem Joannes, clausus Christum suis discipulis intimaret, cum etiam clausus in utero eundem Dominum gestibus prædicarit.* Hinc hoc documentum stabilio: bonus puer optimus erit Vir, ac Senecio. Hoc asserere voluit Anna , Mater Samuelis.

### CONCEPTUS III.

Annæ Angelus Domini , hoc felix, ac gaudiosum nuncium detulit: *Concipies, & paries filium, & erit Nazareus, ab infantia, & ex matris utero.* Iudicum 13. Mulier lœta accedit maritum suum , narrat divinam reprobationem, quia Angelo teste conceptura sit, & paritura filium, qui Nazareus Domini futurus sit. *Ex utero matris, sed usque in diem mortis sua.* Si sacer textus, & verba Angeli ad Annam dicta, inspiciantur, inveniuntur Angelum solum dixisse: *Concipies, & paries filium, & erit Nazareus DEI ab infantia, & ex utero matris sua.* Verba sequentia, *sed & in diem mortis sua,* Angelus non dixit, sed mater adjecit. Quā nunc veritate, & intallibilitate, sancta mulier dicitis Angeli hæc addere potuit: *Nazareus erit in diem mortis sua.* Nazareum, id est, Sanctum DEI, Samuelem nasciturum fore,

fore, Angelus promittit, sed talem fore, & permansurum, dum adoleverit, Angelus non affirmat: Samuel etiam adulcus liber habebit voluntatem, & arbitrium, Nazaræus, Dei servus, permanere usque in diem mortis si non libuerit, permanere certus non est: quomodo ergo pia mater tam certò, infallibiliter & veraciter asserere potuit: *Nazaræus erit ab infanthia sua ex utero matris sua, sed & in diem mortis sua?* Notare libet quodd S. Chrysostomus in lib. I. Regum cap. I. observat: Nem matrem Samuelis his: *Sed & in diem mortis sua:* statim adiuxisse sequentia: *Et ego commodabo eum Domino, ut serviat Domino cunctis diebus vita sua.* Spopondit mater se à puerū muclem ad servitium divinum instrukturū, & assuefactur fore; ut opere adimplevit; vix enim progredi incepérat Samuel, jam mater sua eum Ephot, veste Leviticā, induit, intitulam adhuc Samuelem, jam ad divinum obsequium, Heli Sacerdoti confidit, ac tradidit: sic à puerū ad divinum obsequium structum, edocētum Samuelem, non dubitat mater asserere, servus DEI, cultor divini Numinis, Nazaræus in diem mortis sua permanebit. Non enim fallit; bonus Juvenis, bonus et Vir. Probo ulterius.

#### CONCEPTUS IV.

Salomon in magnificum templum quod construxerint, posuit leones, & leunculos, hanc diversitate; leones, sive adulti, fecit ex argento, leunculos, id est juvenes, ac parvulos leones, fecit ex auro: *Leunculos aureos pro qualitate mensure, parva distribuit in leunculum, & leunculum, similiter & in leones a genteos diversum argenti pondus designavit.* I. Paralipom. c. 21. Quid mysterii latet, quodd leunculos parvulos, & juvenes fecerint ex auro? doctissimus Fernandez vult: per leunculos intelligi teneram juventutem, per leones verò, adultos jam viros, & maturam ætatem, & concludit: *Ille aurum offert, qui à puerū Dei prestat obsequium,* in cap. 35. Genes. Sect. 8. Aurum noscimus nihil perdere de sua substantia, aurum senescat mille annos,

net incorruptum, bonum, nobile, ac pretiosum. Leunculos ergò, teneram juventutem figurantes, fecit Salomon ex auro, indicans: aurea si juventus fuerit, si proba, casta, timorata, innocens, talis aureus juvenis, in virum excrescens, nihil perdet de sua virtute, aureus vir, aureus senex, probus, inquam, pius, castus, timoratus morietur. Sic concludit citatus Author: *Aurea censetur virtus, qua ab infancia suscipitur.* In opere veritatem conspiciamus in Tobia, & Eleazarō.

## CONCEPTUS V.

De Tobia inquit liber Tobiae cap. 2. *Non est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatis evenerit ei, sed immobilis in DEI amore permanit, agens gratias omnibus diebus vite sue.* Quid virum adeo constantem in Dei amore, timoratum in mandatis DEI fecit? dicat causalem S. textus: *Cum ab infancia semper DEUM timuerit, & mandata ejus custodierit.* A pueritia Tobias timuit Deum, à juventute fortē, & generosum se exhibuit Tobias in DEI servitio: DEUM timens, mandata DEI observans, permanet in canam senectam. Non ergo fallit: bonus Juvenis optimus Vir. Eleazarus 2. Machab. c. 6. ad Tribunal ducitur, eique datur optio: ut aut comedat carnes porcinas, aut morte crudelissimā pereat; quid Eleazarus? mortem crudelissimam mavult sustinere, quam vel latum unguem à patriis legibus discedere: *Respondit citò dicens, præmitti se velle in infernum.* Ergo annorum senex jugulo præbet collum, ferro, & igni venerandam canitiem, & frigidam senectam holocaustum defert. Unde quæso annoso hoc viro, tantus Spiritus ac zelus, ardor & observantia in leges divinas? dicit Scriptura citato textu: *Cogitare capít etatis ac senectutis sua canitiem, atque à puerō optime conversationis actus.* Notate: à puerō optime conversationis actus: à puerō generosus, fortis animi, constans in fide, & patriis legibus, talis etiam annorum senex comprobatur.

Pars II.

(G)

CON-

## CONCEPTUS VI.

Sæpius S. Angeli DEI, ut formosi juvenes, teneræ adolescentes, apparuerunt; ita Tobiæ 5. scriptum legimus: *Iocundit Juvenem splendidum.* Erat is S. Archangelus Raphaël. S. Marcus cap. 16. narrat de devotis mulieribus ad sepulchrum: *Inueniunt Juvenem sedentem, cooperatum stola candida.* Quod Angeli in forma juvenum apparent, cum tamen sex mille annos sint? respondeo: Angeli ab initio statim boni, DEUM: mentes, DEUM colentes inventi sunt, sex mille, & amplius annis elapsis, adhuc boni, & optimi permanent, & continuam Hinc in juvenili aetate quasi semper apparent Angeli, ad indicandum: *Juvenis, qui bonus, angelicus fuerit, ab initio, auctoritas probatae vitae, mille annorum, nonnisi bonus, probatissimum actionum invenietur.* Est hæc mens Josephi Mansi Tract. 6. 15. num. 15.

*Epilogus.*

Hortor ergo omnes verbis Ecclesiast. 30. *Fili tibi sunt, qui eos, & curva in pueritia. Bonus enim si fuerit superioris aetatis, sic erit & sequentis.*  
Amen.



IN FESTO

IN FESTO S. JOANNIS  
BAPTISTÆ.

## CONCIO TERTIA.

*Quis putas puer iste erit? Lucæ. I.* *Textus.*

*Malus puer, & juvenis, pessimus erit vir, ac <sup>Thema.</sup> senex.*

**S.** Joannes Evangelista mirabilem visionem se habuisse narrat, Apoc. c. 6. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors: Syrus legit; Ecce equus viridis, & qui sedebat super eum, nomen illi Diabolus.* *Exordium.* Hai in cap. 6. Apocal. per hunc equum viridem, intelligit floridam juventutem, virescentem pueritiam. *Per colorem viridem adolescentia denotatur;* hanc Diabolus, hostis humani generis, omnibus viribus adlaborat in malum, in pravas actiones, in pessimas consuetudines, introducere, quasi certus; si homo à pueritia sese immergit vitiis, iisdem vitiis in canam senectutem fit laboratus. Ita facer textus: *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Prov. 22. Clariſſime Job. cap. 20. *Textus Sacra Scriptura.* *Osſa ejus implebuntur vitiis adolescentia ejus, & cum eo in pulvere dormient.* Huc faciunt adagia: *Urit mature, quod vult urtica manere; Quod nova testa capit, inveterata sapit; Curvum se præbet, quod in uncum crescere debet:* Afferunt hoc ipsum S. Patres: *Qui à primæva etate Sathanæ est factus mancipium, non valet effugere, nisi à valentiori potentia liber factus sit,* scribit Simon à Cassia in cap. 9. Marci. *Patres.* *Difficulter Simon à eradi- Cassia.*

(G) 2

S. Hieronymus, eruditur, quod rudes animi inbibent, habet S. Hieronymus  
Pravitatum consuetudines ad mortem perdurant; tenent præ-  
consuetudines, quem semel cœperint, atque quotidie duriores.  
S. Grægorius, istunt, & nonnisi cum peccatoris vita, finiuntur, docet S. Græ-  
gorius. Raro videmus quem bene mori, qui male vixerit;  
Hugo Car-  
din. al. litur adolescens, qui etatis sue flori consitus, sequitur peccati-  
licentiam. Hugo Cardin. in Ps. 89. Sicut fructus non inventi  
in arbore, in quo flos prius non apparuit, sic in senectute ha-  
S. Cyprianus, rem legitimum consequi non poterit, qui in adolescentia a-  
plina alicuius exercitatione non laboravit, docet S. Cyprianus de 12. Abus. Implorata S. Spiritus gratia, desuper Concep-  
dabo.

## CONCEPTUS I.

Confirmatio, Gratulabundi deferunt Apostoli Salvatori nostro: *Ego*  
*Dæmonia subjiciuntur nobis;* accidit nunc quendam Patrem  
filium suum à Dæmonio obsecsum S. Apostolis attulisse, supplicio  
hac adjectâ, ab iniquo hospite liberare dignarentur; omnem diligenciam, vim, & conatum, adhibent dilecti discipuli, & in-  
ftrâ laborant, Dæmonium abigere, ex obsecso ejicerent, unde tristis Pater Magistrum Christum ipsem accepit, conatus  
conatus narrat: *Dixi Discipulis tuis ut ejicerent, & non re-*  
*tinerunt.* Marci c. 9. Dicit sacer textus Matth. 10. *Conducit*  
*duodecim Discipulus suis, dedit eis potestatem Spiritum sanctum*  
*deorum, ut ejicerent eos.* Quomodo ergo hoc Dæmonium expul-  
re non valuerunt? obstaculum, impedimentum, impossibilitatem intelligere licet ex verbis Christi interrogantis: *Quatuor*  
*temporis est, ex quo ei hoc accidit?* & ille ait: *ab infantiâ, &*  
*frequenter eum in ignem, & in aquam misit, ut eum perdiret.* Ab infantiâ, a primis annis, & a pueritiâ hic filius obsecitus erat  
& hoc erat obseculum, & impedimentum, quo minus hic filius  
obsecitus, gratia ordinaria, sed gratia extraordinaria, per ipsius  
Dei omnipotentiam curari potuerit. Dæmonium sunt præ-  
confit.

consuetudines, peccaminosi, ac pessimi mores, ab infantia, à puerro, tenera aetate si talibus immersus, & imbutus fuerit, viâ ordinariâ vix, ac difficulter, ab his male assuetis curabitur; per potentiam divinam solum corrigibilis videtur. Malitiam, ac sceleram, quae puer didicit, vir ac senex practicabit. Huc faciunt verba Simonis à Cassia in cap. 9. Marci: *Qui à primâ aetate satane factus est mancipium, non valet effugere nisi à valenti parentia liber factus sit.*

## CONCEPTUS II.

Stupendum est, quantis favoribus divina bonitas, populum Judæorum, in itinere ad terram promissam, ac electam, dignata sit. Regius Psalmista in compendio enarrat Psalmo 104.  
*Eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus, expandit nubem in protectionem eorum, & ignem, ut luceret eis per noctem. Petierunt, & venit coturnix; & pane cœli saturavit eos; dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in secco flumina &c. & eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in latitia, & dedit illis regiones gentium, & labores populorum p̄federunt.* Mediis his in felicitatibus, in Ægyptum reverti cogitant filii Israël: *Revertamur in Ægyptum.* Suavissimo pane, coelesti manna nutriti, allia, & cepæ, ac porri appetitum habent, *veniunt nobis in mentem cucumeres, & pepones, allia, & cepæ, & porri.* Numer. cap. 11. Manna erat cibus suauissimus, ac dulcissimus, allium, & cepæ, & porri, herbæ sunt foecidæ, ac insipidæ, naturæ resistentes, & tamen Judaicus populus, suavi pane, & edulio coelesti, cum coturnicibus nutritus, præ his exquisitis dapibus, has foecidas herbas appetit ac desiderat; que hujus appetitus causa? causam esse advertit S. Chrysostomus hom. 7. in 1. ad Corinth. Quia Judæi in Ægypto nati, educati, hinc Ægyptum appetunt præ patria, & terra illa electa, cucumeribus, peponibus, cepis & porris à puer, ab infantia nutriti sunt, hinc licet sapidissimo manna refecti, præ hoc foecientes herbas desiderant. Ita subscriptit Hugo Cardin. *Judei repudabant*

(G) 3

bant

bant manna dulcissimum, quia nutriti erant de aliis Egyp  
Et S. Chrysostomus modo citatus habet: *Judei cum man  
haberent, allium quærebant, & cum libertate fuerentur, re  
dabantur servitutis, & Ægyptum sepe numero expetebant,  
pter consuetudinem, adeò violenta res. &c.* Foetidas, & naz  
aversas illas herbas, allium, cepas & porrum, meritò foetidi  
tiis, ac malis moribus consuetudinibusque comparavero; foetidis, iniquis herbis, à puer quis innutritus fuerit, aulin  
cere, sua vita, etiam senex appetet, desiderabit, edet, gaudi  
Communiter enim malus puer, pessimus vir ac senex. Qu  
fuerit homo superioris ætatis, talis erit & sequentis.

### CONCEPTUS III.

Isaias cap. 19. inquit: *Et non erit Ægypto opus, quod  
caput & caudam.* Mirabilis locutio: caput cum cauda con  
dit, caput cum collo, collum cum corpore, & sic descendit  
unum membrum cum altero in corpore humano connexum  
demus, non verò immediatè caput cum cauda connexum  
spicimus: quid ergò mysterii detegere vult Propheta, qui im  
mediatè caput cum cauda connectat? *Et non erit Ægypto  
opus, quod faciat caput & caudam.* Explico mysticum  
tens: Caput est corporis initium, ac principium, causa vero  
est finis; Caput ergò cum cauda, initium cum fine connectat  
Propheta, indicaturus; quale initium, principium vice homin  
fuerit, talis erit & finis, & exitus. Initium, principium vero  
humanæ est pueritia, ætas prima, finis & exitus est canus  
etius: Initium, caput, pueritia si fuerit corrupta, & perver  
talis erit & cauda, finis, senectusque. Audiatur S. Cyrillex  
cap. 19. Isaiæ: *Nec enim egregia cæpta juveniliter aggredientur  
hoc enim est principium & caput; nec in optatisimum pro  
occurrent, quæ geruntur, hec enim est cauda & finis.* Mal  
puer, pessimus vir.

## CONCEPTUS IV.

Hoc indicare voluit Isaías cap. 65. *Puer centum annorum morietur.* Si centum annorum, quomodo adhuc puer? Respondet S. Gregorius lib. 17. moral. c. 14. *Quia diu quidem vixit, sed etatis sue tempora vanitate consumpsit, puer est, quia adhuc mente parvulus est, serviens vitiis, sequens passiones suas.* Et Philo lib. de Abraham habet: *Eos, qui longam etatem sine probitate vixerunt, longevos pueros dici convenit, ut qui nunquam disciplinas attigerunt canicie dignas.* Optimè Favorinus de senectute ex mente Pithagoræ & Platonis: *Senectutem non esse juxta finem vita, quam juxta principium benè beateque vivendi.* Et Seneca ep. 2. habet: *Eadem volumus senes, quæ volumus pueri.* Puer ergò malus, centum annorum senex, talis morietur. *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiae ejus, & cum eo in pulvere dormient.* Job. 20.

## CONCEPTUS V.

De filiis Heli jam viris & adultis narrat sacer textus 1. Regum cap. 2. quod res pessimas agerent, in specie: *Detrahebant homines à Sacrificio Domini, dormiebant cum mulieribus, quæ observabant ad ostium tabernaculi.* Causalem tantæ malitiæ indicat Sacra Scriptura capite citato: *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino.* Filii Heli, ut pueri, jam pessimi erant, tales sunt, & permanent facti viri, & adulti; optimè Seneca: *Eadem volumus senes, quæ volumus pueri.* Nefanda refert facta sacer codex de Rege Manasse 3. Regum 33. *Fecit autem malum coram Domino juxta abominationes gentium, quas subverxit Dominus coram filiis Israel, instauravit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias, Pater ejus, construxitque aras Baalaim, & fecit lucos, & adoravit omnem malitiam cœli, & coluit*

coluit eam. &c. Observabat somnia, seculabatur auguria, m  
lefcis artibus inserviebat, habebat secum Magos, & Incantato  
multaque mala operatus coram Domino, ut irritaret eum.  
Omnium horum malorum radicem indicat Scriptura, pellim  
fuisse Manassis pueritiam, & juventutem: Duodecim erat ann  
rum Manasses, cum regnare cœpisset, & quinquaginta annis  
gnavit. Pernitiosa pueritia, pellimorum virorum nidus est.

## Epilogus.

Hortor ergo omnes, quorum curæ juventus concredita  
verbis Ecclesiast. cap. 30. juæ memoria retinere studebunt: Fila  
remissus, evadet præceps. Lacta filium tuum, & parentem  
faciet, lude cum illo, & confringabit te, non corrides illi,  
condoleas, & in novissimis obstupescent dentes tui; non de  
potestatem in juventute, & ne despicias cogitatus illius. Cor  
cervicem ejus in juventute, & iunde latera ejus, dum infa  
est, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor a  
ma. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in  
turpidinem illius offendas.

Amen.



IN FESTO

IN FESTO SS. APOSTOLORUM  
PETRI, ET PAULI.

## CONCIO PRIMA.

*Quem dicunt homines esse Filium hominis?* Textus.  
*Matth. 16.*

Superiores, & eos, qui præsunt, decet habere bonam famam, & optimæ conversationis omen, & nomen. Thema.

**C**ristus, licet fuerit ipsa innocentia, ac bonitas, conscientia nullius peccati cum argueret: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. Tamen & talis, bonus, innocens, apud exterios, & plebem haberi, reputari, & undique bonam famam retinere studuit: relinquens exemplum Superioribus, famam bonam, ac existimationem, optimis suis moribus, & conversatione, conservare adlaborarent. Hortantur eos idipsum S. Apostoli Petrus & Paulus: *Oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & laqueum Diaboli.* S. Paulus I. ad Tim. c. 3. Et iterum ad Rom. c. 11. *Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Et 2. ad Corinth. 2. *Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salvi sunt.* Nervosè hortatur S. Petrus ep. I. c. 2. *Charissimi, obsecro vos, tanquam advenas, & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, que militant adversus animam, conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus.*

Pars II.

(H)

bus

bus vos considerantes, glorificant Deum in die visitationis. E iterum Epistola 2. c. 3. Dominum Christum sanctificate in cibis vestris, parati semper ad sanctificationem omni poscos vos rationem de eis, que in vobis est, spe, sed cum modestia, timore conscientiam habentes bonam, ut in eo, quod detinetur vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem. Sic luceat lux vestra coram hominibus, videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in celis est. Praesides hortatur Christus Matth. 5. & Salomo Eccles. 41. Curam habe boni nominis. Audiamus & Patres ss. Patres. Sic Doctor bonam eligat vitam, ut etiam bonam non negligat famam, docet S. Augustinus de doctrina Christiana. Et in S. Augustini Serm. de vita Cleric. Due sunt conscientia, & fama, conscientia tibi, fama proximo necessaria est, qui enim confit conscientiae, & negligit famam, crudelis est, qui aliorum mos excidit. Apostolici precepti est, & exempli, ut habemus rationem non tantum conscientiae, sed etiam famae, scribit Hieronymus ep. 14. ad Celantiam. Et in cap. 4. Matth. habet: Opera salutis, sine fama boni odoris non satis relaxant auditoribus, nec fama sine opere proficit, sine quibus famam sacerdotis non commendatur. Sacerdotis os, mens, natura concordet, inquit ep. ad Nepotem. Optimè S. Gregorius ib. 9. super Ezechiem: Hi, quorum vita in exemplo peccata imitationis, debent, si possint, detrahentium verba compescere, ne eorum predicationem non audiant, qui audire poterant, ita in pravis moribus remanentes bene vivere contemnunt. Et hom. 11. sic hortatur: Sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, ut & de bono opere proximis prabeamus. Bernardus 9. exemplum. Pulcherrimus est ordo, & saluberrimus, ut omnes quod portandum imponis, tu portes prior, & ex te discas, quod liter oporteat aliis moderari noveris. Pascas verbo, pascas exemplo, instruit S. Bernardus in Epistola 72. Eleganter S. Chrysostomus

sostomus hom. 23. ad popul. *Fidelem non ex solo munere vi-* S. Chrysostomus.  
*deri oportet, sed ex vita novitate.* Suavissimè concludit S. Ignatius in ep. 14. ad Ephes. *Qui profitentur se Christi esse,* S. Ignatius Martyr.  
*non modo ex iis, qua dicunt, sed ex iis, quæ faciunt, cognoscantur,* ex fructu enim arbor agnoscitur. *Præstat enim esse & tacere, quam loqui & non esse.* Non in sermone regnum Dei, sed in virtute. Dei gratiâ desuper Conceptus dabo.

## CONCEPTUS I.

Superiorem, præsidem, correctorem morum populi Judæi Deus constituit Isaiam: qui nempè objurget eorum iniquos mores, emendet errata, ut vitæ innocentiam amplectantur. Ad hunc finem ad Isaiam inquit Deus c. 40. *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion.* In cacumen montis contendere, atque inde perora; qui vitiorum alienorum fururus objurgator es. An non melius fecisset Isaias, si domos, in quibus dissoluti homines degebant, aut plateas, & fora, in quibus corrupti mores tractantur, obambulasset, hos, & illos correcturus? non domos visitet Isaias, non fora, & plateas oberret, sed montem excelsum ascendat, corruptos populi mores correcturus, ad meliora errantem plebem deducturus. Quid quæso per hunc montem excelsum intelligendum est? Respondet S. Bruno Serm. de confess. Per montem excelsum, non tam locum eminentem, quam fastigium perfectionis, bonæ conscientiæ, ac optimæ apud homines famæ, & notæ, intelligendum esse; superior, inquam, Præses, & Paterfamilias &c. omnisque, cuius officium est subditos corrigere, erudire, montem excelsum concendat, id est, perfectioni studeat, ipsemet innocens, castus, timoratus, expers peccati sit in sua conscientia, & talis, innocens, castus, timoratus, justus, exemplo ac conversatione audiat, & ab exteris, & sibi subditis, ac proximis, habeatur. Ita S. Bruno: *Vis tuus ergo suscipiatur, ascende prius in montem excelsum: diligite pacem, & charitatem, omnes obedient tibi, & verba tua audient.*

(H) 2

CON-

## CONCEPTUS II.

Ezechias vidit illa quatuor animalia, currus divini atrijs per totum corpus undique oculis repleta: *Et totum corpus eius plenum in circuitu ipsorum quatuor.* Cap. 1. Quid quantum, centenis, & ultra oculis, animalia hæc repleta agent, & cœlent? fors currui intendent, ne à rotis pulvere confusurā maculetur, deviet, aut declinet? ast uno, atque altero oculo hoc negotium facile observabunt, reliquis copiosis oculis ipsi attendunt, se ipsa inspiciunt: *Et unumquodque eorum, ram facie sua ambulabat.* Quid ergo mysterii in his oculis currus divini vectoribus latere potest? Detegit mysterium Gregorius lib. 1. hom. in Ezech. tom. 32. Per hunc divinum circuitum, Ecclesiæ militantis cursum intelligens, nempè mores conversationem fidelium populorum: per animalia oculatum trahentia, intelligit Superiores & Rectores, quales sunt predicatores, Pastores, Patresfamilias &c. quorum cura & munus, corrigerē, emendare, perficere proximum, & cautè in more DEI deducere. Oculata erant undique illa animalia circuitum trahentia, discant Superiores, eos debere esse undique oculatos, fama bona, conversatione optima, totos lucidos, claros, integros, ut sic alios cautè deducant, ac virtuosos efficiant. Audiamus verba magni Gregorii: *Sancti viri solerter se vident, in quibus ab ipsis judicari possunt, qui in se nec ea latere possunt, ignorant.*

## CONCEPTUS III.

Christus Salvator noster Petro Apostolo curam totius Christianitatis committens verbis: *Pastore oves meas: ter in amorem & charitate solidum cupit: Simon Joannis, diligis me?* Joan. 1. In Apocalypsi cap. 1. similis filio hominis, qui est Salvator noster, apparuit Joanni Evang. totus candidus, fulgens, clarus ac lucens.

Capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix, facies ejus sicut Sol. Demandans Joanni Ecclesiarum correctionem, & emendationem: Quod vides, scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis, que sunt in Asia. Quid significat, quod committens Christus Petro curam Christianitatis, eum ter charitate solidum, ac instructum voluit? Joanni demandans correctionem Ecclesiarum undeque candidus, lucens, ac fulgens apparuit? ad quæstiones respondeo: Numero ternario convenit perfectio, juxta tritum: *Omne Trinum perfectum.* Charitatem nominat Apostolus ad Coloss. 3. Vinculum perfectionis: *Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis,* quas perfectiones describit I. ad Corinth. cap. 13. *Charitas patiens est, benigna est, charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum &c. omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Ter ergo in amore, & charitate radicatum Deus vult Petrum, animarum regentem, Ducem, & Pastorem, ut undique perfecti esse studeant, qui aliis præsunt, & alios regunt. Perfecti, inquam, intrinsecè, bona conscientia, perfecti & extrinsecè, optima fama, probatae vitæ. Hinc & Christus, Joanni Ecclesiarum curam demandans, totus candidus, fulgens, & splendens apparuit, indicans: eos, qui correctioni aliorum præpositi sunt, non tantum in se, in conscientia, inquam, debere esse candidos, puros, ac mundos, ut lanam, & nivem, sed & ut Solem, bonâ famâ, probatâ vitâ, & conversatione, aliis prælucere, ac fulgere. Sic concludente Philone lib. de Mon. tom. 11.

*Postulat enim in eo viro lex præstantiorem indolem, quippe qui Deo sit familiaris præ ceteris, situs in quodam divine, humanaque naturæ confinio.*

(H) 3

CON-

## CONCEPTUS IV.

Moyses, Exodi 34. descendens de monte cum Tabulis Legis promulgandis; apparuit cornutus in facie, id est, scribit Ierinus versiculo 29. *Facies ejus ita lucebat, ut etiam lucis radius qui metaphoricè cornua vocantur, e vultu vibraret.* Hoc tare libeat: Moyses, legis divinæ promulgator, luceat, ac splendet. Narrat pariter sacer textus de Moyse: *impleris sermonibus posuit velamen super faciem suam &c. operiebat rufi faciem suam, si quando loquebatur ad eos.* Versiculo 25. Pauda in Ecclesiasten, hæc verba sic explicat: Moyses splendida suam faciem imposterum semper operuisse, & nonnisi dum de legis observantia populum instrueret, vel corrigeret, plebi sua splendida faciem intuendam, exhibuisse. Cur quæso DEI faciei Moysis mirabilem splendorem indidit recte tunc, dum gem Dei promulgaret? dein cur Moyses imposterum suam splendidam faciem nonnisi monstravit, quam tunc, dum de lege Dei populum erudiret, & instrueret? Luci Solis, Lunæ & Stellarum Academicus hoc subscriptit Lemma: *Semper impollutus: ut decor ubique integer:* Lucere voluit Deus faciem Moysis, dum gem Dei promulgaret populo; ut ediscant ex hoc, qui afflent, leges & constitutiones praescribunt; luceant, splendent, bona conscientia, ac bona fama: semper sint impolluti, intus, foris integri; ac decori, intus in conscientia, foris optimam, ac conversatione. Splendidam suam faciem Moyses nonnisi dum erudiret plebem, monstrabat, erudiens per hoc omnes Superiores, ac Rectores; alios, quam maximè erudiant, si integratis conscientiae, ac bonæ famæ luce splenderint. Agorac hoc Gentilis Tullius Tom. 61. in Verr. scribens: *Legem enim illam indicunt, innocentia, continentia, virtutumque omnium; quæ ad altero rationem vita reponunt.*

CON.

## CONCEPTUS V.

Ad Regimen, & gubernationem præordinatus erat Jacob: *Major serviet minori.* Genes. 25. Esau, inquam, Jacobo: Hic Jacob innocens, optimæ erat conscientia: *Jacob dilexi*, ad Rom. 9. Ast licet in conscientia optimus, innocentissimus fuerit, tamen & ab extrinseco, insignis sanctitatis & probitatis, Mater Rebecca Jacobum exornavit: *Vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* Genes. 27. quæ vestes specialem fragrantiam, & odorem suavissimum spirabant; *Sicutimque ut sensit vestimentorum ejus fragrantiam, benedicens ei ait: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Cur divina bonitas dispositus, ut Jacob, qui in conscientia sua, innocens & bonus erat, etiam exteriori vestitu, ac habitu, suavem odorem, & fragrantiam spiraret? quid per hunc externi habitus suavem odorem est intelligendum? Sensum disco ex S. Paulo 2. ad Corinth. 2. sribentis: *Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salvi fuunt.* Tirinus odorem hunc interpretatur, bonam famam, & suavem fragrantiam optimæ vitæ, morum, ac conversationis significare; Jacob ergo Superiorem, Regentem futurum, sedula Mater, licet in conscientia fuerit bonus, extrinsecè etiam, bonâ famâ, ac vitæ integritatis notâ publicâ, benè olere, ac fragrantiam optimorum morum spirare, adlaborat: instruens per hoc omnes Superiores, Regentes, Duces, Instructores, quorum officium est alios erudire, corriger, ad meliorem frugem deducere, ipsi non tantum virtuosi, sancti, immaculati, optimæ conscientia sint, sed & optimæ famæ ac rumoris, de vitæ innocentia, ac morum integritate.

## CONCEPTUS VI.

De Samuele inquit Scriptura 1. Regum 2. *Placebat tamen Deo, quam hominibus.* Deo placemus per bonam conscientiam, hominibus placemus, per morum integritatem, ac optimæ vitæ normam, & conversationem, quod Samuel ergo placebat tamen Deo,

Deo, quām hominibus, patet Samuelem illibatam conservatī conscientiam, penes integritatē morum, honestatē vitæ, actiū, & conversationum optimā ac laudabilissimā formulā præluxisse. Ita subscrībit in hunc locum Hugo Cardin. *Placebat in Deo per mundam conscientiam, quām hominibus per bonam famam.* Quod Samuel studuerit per mundam conscientiam præcere Deo, approbo; sed & cur placere studuit hominibus, sed cur placere satagit hominibus per bonam famam? cum Apol. Ius dicat: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem,* Galat. 1. Intelligite & notate: Samuelem à Deo ordinatum fuit in Judicem, Regentem, & Superiorem Populi Israëlitici, qui tamen studuit placere Samuel tām Deo, quām hominibus; Deo pernam conscientiam, hominibus per bonam famam. Dilicant hinc omnes, qui præstant, Superiores, Magistratus, Reges, adulesces, non solū bonam, illibatam habere conscientiam, sed bilesam famam, vitæ ac morum, laudatissimam retinere famam.

*Epilogus.*

Hortatur ergo omnes Præsides ac Superiores Christus M. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opere vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in cælis est. Amen.



IN FESTO

IN FESTO SS. APOSTOLORUM  
PETRI ET PAULI.

## CONCIO SECUNDA.

*Quem dicunt homines esse Filium hominis? at illi dixerunt, alii Joannem Baptistam, alii verò Eliam.* Textus. *Eccl. Matth. 16.*

Famam bonam, ac existimationem proba- Thema.  
tæ vitæ, si Superior habuerit? facile per-  
suadebit ad optimos virtutum fructus.

**E**amam bonam, odoriferæ rosæ comparavero, cum Exordium. inscriptione: *Odore trahit: sic Superior, odore bo-*  
*næ famæ, ad extra diffuso, ad virtutem, & optimos*  
*mores, sibi subjectos facile trahet, atque perducet.*  
Unde Christus ad Superiores ait: *Sint lumbi vestri*  
*præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris.* Lucernæ, in-  
quam, optimarum actionum, ac conversationum. Unde iterum  
Christus Matth. cap. 5. *Sic lucent lux vestra coram hominibus,* Textus Sacre  
*ut videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui Scripture.*  
*in cœlis est.* Et Paulus ad Titum cap. 2. Superiores hortatur:  
*In omnibus præbe teipsum exemplum bonorum operum, in do-*  
*ctrinâ, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile.* Et S. Jacobus c. 3. *Quis sapiens, & disciplinatus inter*  
*vos, ostendat ex bona conversatione operationem suam, in man-*  
*suetudine pacis.* *Fama bona impinguat ossa,* inquit Salomon  
Prov. cap. 22. Audiamus Patres: *Quisquis à criminibus fla-* Patre.  
gitiorum  
Pars II. (I)

S. Augustin. gitiorum vitam suam custodit, sibi bene facit; quisquis autem etiam famam, & in aliis est misericors, nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra, scribit S. Augustinus de boni viduitatis. Verba compescere, ne eorum prædicationem non adiant; bona fama nihil est pretiosius, nec melius, nec Craftib. sakros quisque cum ea comparaverit, tales enim esse censemur, qualis fama cuique est. Huic aures intenduntur, & oculi. In docet S. Isidorus Pelusiota lib. 3. ep. 142. Hoc natura thesa-  
 Cassiodorus. ris reponimus, quod fame commodis applicamus, scribit Cassio-  
 dorus lib. 8. ep. 23. Et iterum lib. 1. ep. 5. Ubique cognoscitur  
 quisquis fama teste laudatur. Apposite S. Gregorius part. 2.  
 S. Gregorius. Pastor. lib. 3. Illa vox libentius auditorum corda penetras, quam  
 dicentis vita commendat, quia quod loquendo imperat, ostendit.  
 S. Laurentius do adjuvat, ut fiat. Perbellè scribit S. Laurentius Justini-  
 fustianus. nus lib. de conflict. interno: Dabis voci tuae vocem virtutis,  
 quid suades, tibi prius persuasisse cognoscari, validior open-  
 s. Gregorius Nazianzen. quām oris vox est, fac ut loqueris. Unius splendor, alterius  
 incendium, inquit S. Gregorius Nazianz. de S. Basilio. Et s. Ambrosius brosius habet: Non difficile estimatur, quod jam factum ex-  
 spicitur. Concludo cum S. Valeriano Epist. hom. 17. Cū  
 s. Valerianus. sedet animis, quod docetur exemplis. Implorata S. Spiritus gra-  
 tiā desuper Conceptus dabo.

## CONCEPTUS I.

Confirmatio. De crudeli Herode narrat Marcus cap. 6. Auditio eo: S. Jo-  
 anne, inquam, multa faciebat, & libenter eum audiebat. Quid  
 traxit Herodem, ut Joannem libenter audiret, ad ejus instruc-  
 nem obediens & obtemperans, multa ficeret? motivum indu-  
 cens præmittit S. Evangelista: Herodes autem metuebat Ioan-  
 nem, sciens eum virum justum, & sanctum. Fama bona, vita  
 integritas, & conversationis optima forma S. Joannis, traxit He-  
 rodem,

rodem, ut licet alias homo ferus, & durus esset, tamen verbis Joannis obtemperaret, mala multa intermitteret, bona plurima faceret, atque impleret. Verissimè S. Laurentius Justin. lib. de conflict. interno: *Illa vox libertius auditorum corda penetrat, quam dicensis vita commendat.* Fama bona impinguat ossa.

## CONCEPTUS II.

Recenset Magister Gentium S. Paulus conversiones innumeras, quas effecit Deus per Collegium Apostolicum in provinciis, quas error excoecaverat, polluerat supersticio, & immanitas cruentaverat. Per Apostolos ad Christum adductæ, & Jovi decerpctæ numeratur magna Macedonia, Dalmatia, felix Arabia, vasta Asia, tota Hispania, Gallia, Italia &c. quærit quis quo medio? dico Apostolorum vitæ innocentis, optimæ conversationis fama: audiamus testem S. Paulum 2. ad Corinth. cap. 2. *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo JESU, & odorem notitia sua manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus in iis, qui salvi sunt.* Confirmat idipsum Actorum cap. 14. *Turba autem levaverunt vocem suam lycaonicè dicentes: Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Jovem, Paulum vero Mercurium.* Quàm benè Isidorus Pelus. lib. 3. ep. 142. *Qualis forma cujusque est, talis esse censetur, huic aures intenduntur, & oculi.*

## CONCEPTUS III.

Una mulier Hebræa Judith, ad nutum habet omnes civēs urbis Bethuliæ, omnes à majori ad minimum ei obediunt, dictis obtemperant: *Et dixerunt illi Ozias, & Presbiteri, quia omnia, que locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio.* Quid mulieri apud populum tantam fidem, & autoritatem conciliavit, respectum creavit? causavit bona vita, ac integritatis, fama optima: *Quoniam timebat Dominum valde,*

(1) 2

nec

*nec erat qui de illa loqueretur verbum malū. Judith. cap. 8. Quā benē Nazianz. Unius splendor, alterius est incendium: cito fera animis, quod docetur exemplis. Valerianus.*

## CONCEPTUS IV.

In monte Thabor clarificatur Christus, Salvator noster totus candidus, ac lucidus apparet. *Ressplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Matth. 17: 2. Cur adeò clarificare filium suum Patri æterno placuit? notare beat, quod S. Evangelista subnequit: Ecce vox de nube dicam Hic est Filius meus dilectus, in quo mibi benè complacui, ijsq; audire. Ut Filium suum audirent, dictis ejus crederent, ejus mandatis obedientes, obtemperarent, & probè instituta sequentur, Pater Filium suum clarificavit, totum candidum Apollinis repræsentavit; fulgor lucis, candor nivis, symbolum sunt at tām innocentis vitæ, ac bonæ conscientiæ, quām etiam optimæ famæ, & præclaræ existimationis; discant hinc Superiores, at Præsides, quoniam facile persuadebunt, corrigent, benevolè abundantur à sibi subjectis, si candidi, lucidi fuerint, si non tam conscientiæ bonâ, quām & famâ optimâ splendentes, resulferent.*

## CONCEPTUS V.

A deserto egressus Christus, cum in Bethsaidam ingressus fuisset, adduxerunt ei cœcum, precati: ut omnipotenti tactu manuum suarum, damna oculorum, quibus orbus erat, illi instauraret; Marci cap. 8. *Adducunt ei cœcum, & rogabant, vt illum tangeres. Condolens Christus ærumnosi hominis calamitati, descendit in vota illius, atque miraculosam curationem perfecit hoc remedio: Exspuens in oculos ejus, impositis manib; suis interrogavit eum, si quid videret; neque contentus semel imposuisse manus, iterum iterumque applicuit, sicque ille vistum integrum accepit. Quid mysterii latet, in hoc modo curandi cœcum?*

cœcum? quod nempè Christus, salivam oris sui, & sacras simul manus, iteratò conjunxerit, expuerit in oculos cœci, & una si-  
mul tetigerit oculos cœci? Euthymius in hunc locum exponit  
mysterium miraculi; intelligens per salivam, & sputum, verba  
Christi, præceptiones, exhortationes, & monitiones Christi; per  
manus verò, opera & facta Christi. Audiamus verba Euthymii:  
*Sermonis quidem signum est sputum, utrumque enim ab ore pro-  
greditur, operis verò manus.* Et sputa, & verba ab ore fluunt,  
manibus opera exercentur, quod ergò Christus, hunc cœcum  
miraculo sanatus, ad salivam manus adhibuerit, idè fecit, ut  
significaret: eum qui dicit faciendo, & facit dicendo; cuius, in-  
quam, dicta, & facta, conscientia, & bona fama convenient, tan-  
tam in jubendo, præcipiendo, & mandando, habituram vim, &  
efficaciam, ut queat operari miracula, & facere prodigia; cœcos  
in virtutis semita facilè faciet videre viam mandatorum DEI,  
ac progreedi de virtute in virtutem; obcœcos, induratos in  
malitia, facilè illuminabit, instruet, edocebit, ducet, ac dirigit  
in viam bonam salutis. Sic conceptum hunc finiit citatus Eu-  
thyminus: *Sputo ac manibus Christus cœcum sanat: offendens;  
quod sermo conjunctus operibus, miraculum operari potest.*

## CONCEPTUS VI.

Christus Matth. cap. 13. Regnum coelorum simile dicit: *Sa-  
genæ missa in mare:* sunt, qui per sagenam hanc Superiores, Pa-  
rentes, Præceptores intelligunt; quorum officium est suis horta-  
tionibus, monitionibus, è amaris vitiorum aquis, sibi subditos  
extrahant, cœlo lucentur; hoc ut commode faciant, fiant, &  
sint similes sagenæ, ac reti piscatorio: sed cur reti, aut sagenæ sint  
similes? cum punctiones aliis, & pluribus modis fiant? ut docet  
Ælianus lib. 8. cap. 5. *Piscationum quatuor sunt genera, sive enim  
vel reti, vel conto, vel nassa, vel hamo.* Cur ergò reti, ac sa-  
genæ Superiores comparantur? cur non nassæ, vel hamo similes  
dicuntur? avertite: Rete, perfectior, tuitior, magis certa, ac  
indubitate fit piscatio, ex causa, quia rete, vel sagenæ, arcta, an-  
gusta, & stricta est; vult ergò Christus comparatione hac, ubi Su-  
(1) 3 perio-

periores sagena comparat, indicare: si Superiores, arcta, austæ, ac strictæ fuerint conscientiæ, ac bonæ famæ, quo ardor vivendi formam, conversandi normam tenuerint; eò fac subiectos, suis exhortationibus capient, lucrabuntur, ad pœnitentiam optataæ vitæ detrahent ac deducunt. Ita Autor quidam apud Didacum Nissenum concludit. *Vita arcta, vehementer conicit ad pisces capiendos.*

### CONCEPTUS VII.

Psalmita Regius signanter narrat Psal. 76. Deum populus Israëliticum, è terrâ Ægypti in terram promissam deduxisse hos duos: per Moysen, inquam, & Aarón. *Deduxisti sicut nō populum tuum in manu Moysis, & Aaron.* Populus Judaicus obstinatus, duræ cervicis, contra Deum rebellis fuit, per manus Moysis & Aaron facti sunt mansueti, patientes ac humiles; quomodo rectè per manum Moysis & Aaron simul? facti sunt dæi mansueti, tanta populi correctio, & commutatio facta est cur non per Moysen solum, vel Aaron solum, cur rectè per trunque simul? Notat S. Hieronymus in citatum Psalmum officium horum duorum fratrum, nempe unius fuisse facere, alterius autem officium erat dicere: ac subsumit: ubi in Superiori. Duce, ac Præside, hæc duo; *facere, & dicere* conjuncta sunt, conscientia bona, bonæ famæ, ac morum, & conversations integritati, correspondet; sint licet commissi subditi, obstinati, indomiti, duræ cervicis, facile oves mansuetæ, humiles, patientes efficiuntur. *Tantum valet sermo, qui comitem habet rationem.* Concludit Didacus Nissenus Fer. 3. Dom. 2. Quod drag. §. 1.

### CONCEPTUS VIII.

Sponsa in Canticis cap. 5. in Sponso caput aureum, & manus aureas deprædicat: *Caput ejus aurum optimum, & manus ejus tornatiles aurea.* Quod caput aurum dicat approbo; caput enim principalis est pars corporis; ast cur etiam manus dicitur?

reas, & ejusdem qualitatis cum capite, quæ tamen solum corporis servæ & instrumenta sunt? S. Gregorius Niss. per caput inteligit Superiores, Præpositos ac Regentes, manus istorum sunt horum operationes, facta ac gesta, mores ac conversationes; aurum metallum est ubique probatissimum, ac validissimum, quo omnia perficiuntur, obtinentur; si nunc Superior aureus fuerit, probatissimæ conscientiæ, simul & probatissimæ famæ in agendo, & conversando; qui curat, ut manus, capiti sint affines, hoc est, ut opera dictis congruant, qui cum benè loquitur, melius operatur, facile quæcumque in sibi subjectis perficiet, & obtinebit.

Hortor ergo, quocunque modo, ac titulo, Superiores ver- Epilogus.  
bis Ciceronis pro Milone: *Omnia, quæ vindicaveris in alio, tibi  
ipsi vehementer fugienda sunt, etiam non modò accusator, sed nè  
quidem objurgator ferendus est, qui quod in altero vitium re-  
prehendit, in eo ipse deprehendatur.* Finio cum S. Petro ep.


I. cap. 5. *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei &c.*

*forma facti gregis ex animo.*

Amen.



IN FESTO



## IN FESTO SS. APOSTOLORUM PETRI, ET PAULI.

### CONCIO TERTIA.

*Textus.*

*Vos autem quem me esse dicitis. Matth. 16.*

*Thema.*

*Si Superior hallucinatur, facile populi  
seducitur.*

*Exordium.*

**L**inius junior lib. 2. ep. 62. docet, *ut in corporibus, in imperiis gravissimus est morbus, qui à capitulo scendit.* Capite male valente; omnia membra languent; caput in corpore politico, Superiores, Reges ac Principes sunt, si hi errant, hallucinantur; subditi populi facile seducuntur, à vero aberrant. Et hæc videtur causa, cur Christus Apostolorum, ut capitum, sententiam exquirat, quid de ipso sentiant, ac judicent; *Vos autem quem me esse dicitis?* quasi asserat: ut Joannes Chrysostomus scribit Orat. de halo tom. 5. *In vobis res humanae nutant, in vobis periclitantur. & quemadmodum vestra cognitio publicum mortalium beneficium, sic vestra inscitia, totius orbis detrimentum est.* Recte Superiorum symbolum est oculus, si nunc oculus, Rector aut Preses, tenebrosus, vitiosus est, corpus, subditi tales existent. Cimbalio affirmante Luce cap. 6. *Si lumen, quod in te est, tenebre sunt, ipsæ tenebre quanta erunt?* Audianius Patres: *Publica decoris mater, est mens Regentis, & quanto fuerit dominatus arbitrium, talem parit libertatis aspectum, facilius quippe est (si dicere fas est) errare naturam, quam dissimilem fuit, Proceps posit formare rempublicam,* scribit Cassiodorus lib. 3. ep. 12. *Quando profectos in habitu conflexeris negligentes,* hoc magis

*ss. Patres.*

*Cassiodorus.*

*Ephrem.*

magno praesidio indiges, ne istos sorte imitans, eandem inambules viam, docet S. Ephrem in illud Attende tibi cap. 8. Cætu Doctorum ruente in peccatis, tota civitas patet hostibus indefen- Hugo Car-  
sa, haber Hugo Cardin. in cap. 4. Cantic. Ad subiectos populos dinal.  
decipiendos, multum valet Regis autoritas, perorat S. Damasce- S. Damasce  
nus Orat. 1. de imaginibus. Diabolus adversus eos (Superiores nus.  
inquam) armatur, majorique fertur insania, quippe cum ex eo- S. Chrysosto  
rum cade, gregis quoque detrimenta sequantur, scribit S. Joan. mus.  
Chrysostomus hom. 1. in ep. 1. ad Timoth. Ex Praelatorum  
ruina, & impia vita, etiam inferiores patiuntur magnam mino- Rogerius.  
rationem divinae illustrationis, & gratiae, docet Rogerius in  
Apocalypsi. Per Princeps seducuntur & gentes, seductis enim S. Hieronym.  
Magistratibus, subditi populi majorum exemplo pereunt, S. Hie-  
ton. in cap. 3. Danielis. Si quis de populo pereat, solus perit, S. Bernardus.  
est Principis error multos involvit, inquit S. Bernard. ep. 117.  
Regum lapsus pena popularum, eorum errore periclitamur, vult S. Ambrosius  
S. Ambrosius. Ita sunt juncta merita Rectorum & plebeiorum,  
ut sapè ex culpa Pastoris, deterior fiat vita plebeiorum, conclu- S. Gregorius.  
dit S. Gregorius lib. 25. Moral. c. 15. Et iterum prima parte  
Pastoral. c. 2. Cum Pastor per abrupta graditur, consequens est,  
ut ad precipitum gressus feratur. Dei auxilio implorato audi-  
amus Conceptus.

## CONCEPTUS I.

Vix præfulsist primæva illa lux, Sol, inquam, & à Deo ab Confirratio.  
omni obscuritate, & tenebris purgatur, priusquam ad ministerium universi orbis destinetur. Et divisit lucem à tenebris. Ge-  
nes 1. Cur quæso Majestas divina adlaborat, Solem omni ex par-  
te clarum, perlucidum, splendentem, lucere, & irradiare, ac à  
tenebris ex asse purgare, ac mundare? utique Sol, qui erat futu-  
rus Princeps, ac caput omnium Planetarum, symbolum est Re-  
gum, Principum, ac Superiorum hujus mundi, docente Christo  
Pars II. (K) Matth.

Matth. 5. *Vos estis lux mundi.* Tenebrae symbolum sunt vitiorum, ac pessimorum morum, patet ex verbis Joan. 3. *Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* A tenebris ergo Deus Solem, Regentem ac Ducem Planetarum, statim ab initio creationis purgavit, dans documentum: Reges ac Principes mundi, sint à tenebris vitiorum mundi, ac puri: sicut enim Sol obscurato, tenebroso, etiam nigrae, tenebrosa sunt reliqua creaturae, sic obscurato, obtenebrato vitiis Principe, squalidi in vita erunt subiecti populi. Sic concludit Philippus Abbas ep. 13. *Prælatus fumo turpitudinis denigescit, & populus consequenter tenebrescit.*

## CONCEPTUS II.

Virga Moysis in terram projecta in serpentem degeneravit venenatissimum, ac voracissimum: *Dixit ergo ad eum, qui es, quod tenes in manu tua? respondit virga, dixitque Dominus: proice eam in terram, projectit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses.* Exodi 4. Et iterum c. 7. *Cum dixerit vobis Iuda, ostendite signa, dices ad Aaron, tolle virgam tuam, & proice eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum.* Cur vero non in sed extra manum Moysis, in terram, inquam, abjecta, versa est in serpentem, ac colubrum? Per virgam, Regem ac Principem intellige: in virga namque potentia exprimitur, *Exodus cap. 10. Assur virga furoris mei.* Per virgam Asfur Sennacherib, Dux ac Princeps est intelligendus, commentatur Tirinus in Haec caput citatum: Jam ad intentum nostrum: Si virga, Princeps & Dux in terram abjectus jacet, totus terrenus, cupidus vitiatus est, serpens venenatus efficitur, subiectos populos insciens intoxicans, malis suis moribus interimens, & devorans. Est hic Conceptus Oleastri in cap. 4. Exodi: *Virga in terram projecta in serpentem vertitur, quoniam Iudex terrena omnia velut serpens devorat.*

CON-

## CONCEPTUS III.

Hugo Cardin. in cap. 5. Cantic. docet: *Grecis Rex Basilius dicitur quasi populi basis, quia debet populum portare*; Apostolos superiores in novo testamento S. Paulus fundamentum, & basim dicit fidelium: *Superadificati super fundamentum Apostolorum*, ad Ephes. cap. 2. Rex etiam arbori, ac ingenti stipe comparatur, ut patet ex Prophetia Danielis cap. 4. *Arborem, quam vidi, sublimem, tu es Rex.* Theodoretus in Psal. 44. Reges, *Ecclesia facies*, appellat: Quid his comparationibus indicare intendunt? Explico mentem meam: facies index salutis est, ex facie agnoscitur, qualiter corporis humani, partes, & membra constituta sint, & valeant. Est facies pallida, infallibiliter infertur, quod male valeant membra; quam bene Theodoretus Reges, Superiores, facies ac vultus dicit alicujus provinciae, si enim hi pallent, & retro colore scelerum scalent, & subditi, qui sunt partes, & membra provinciae, certò certius male valebunt, in anima, male audient, scelerati, dissoluti erunt. Arbori proceræ Symbolista inscribit symbolum: *Cominus omnia frangit.* Nempè si arbor alta cadat, & prosternatur, circa circum omnia concutit, confringit, suo casu corruere facit; sic se res habet cum Rege ac Superiore, si hic cadit in nefanda vita, in scelera execranda prosternit, subditos suos unâ secum in vita, ac scelera sternit, ac concutit. Basis ac fundamentum si ruit, experimur totam fabricam superpositam ruere, infringi, concidere, devastari. Sic si Rex, Superior, Præpositus ruit in abominanda crimina, subditus populus unâ pariter miserè in eadem vita ruit, ac labitur; deuotio nulla huic est populo, cur? irreligiosus ac indevotus est Dominus. Plebs injustum turpeque lucrum mox insequitur, quam is, qui illum regit omnis justitiae, ac æquitatis limites transgreditur, per fas & nefas lucrum temporale querit; in carnalitatis lutum communiter prolabuntur subditi, quando eorum basis in eandem spurcitem immersa vivit. In praxi videamus.

(K) 2

CON-

## CONCEPTUS IV.

Jeremias cap. 5. describit casum Jerosolymæ, & tot mil  
incolarum, ubi ad unum omnes declinaverant a justitia, a ven  
tate, ac pietate: *Querite vias Jerusalem, & aspicite, & con  
derate, & querite in plateis ejus, an inveniatis virum facie  
tem Iudicium, & querentem fidem.* Isaiae cap. 1. conformite  
loquitur. *Facta est meretrix civitas fidelis plena Iudicii, Ju  
stitia habitavit in ea, nunc autem homicida, argentum tuu  
versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua.* Quo  
modo ad unum omnes adeò aberraverunt, injusti, icelerati ha  
sunt: causalem allegat Isaías citato capite: *Principes tui infi  
les, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retribu  
ones, pupillo non judicant, & causa vidua non ingreditur ad eum.* Ecce iniquitas Principum, ad iniquitatis traxit omnes Jerosolymæ  
cives ac subditos.

## CONCEPTUS V.

Cives Lystrenses summo gaudio suscepserunt in Urbem lo  
am Paulum & Barnabam; ita legitur Actorum cap. 14. Levau  
runt vocem suam, Lycäonicè dicentes: *Dii similes facti homi  
bus descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Jovem, Pa  
lum verò Mercurium.* Paucos post dies eos ejiciunt. Lapi  
tesque Paulum traxerunt eum ex civitate, estimantes eum mon  
strum esse. Eodem capite: non tantum ex civitate, etiam ei  
onibus finibus ejiciunt, & eos expellunt: *Ejecterunt de finibus  
suis.* Quomodo plebs adeò rabida, perversa, ac crudelis effe  
cta est in Apostolos, quos antea tali honore affecerunt? cauila  
adnectit sacer textus: *Concitaverunt, & Primos civitatis, & ci  
vitaverunt persecutionem in Paulum & Barnabam.* Primi, Pri  
ncipes, Præsides, & Superiores civitatis, persecutores effecti sunt  
Apostolorum, & ad calcem malam viam ingreditur populus, plebs  
ad unum virum, Paulum & Barnabam persecuitur.

CON

## CONCEPTUS VI.

Ut Sampson captus in carcerem duceretur; subito fama per totam civitatem innotuit: Dalilam Sampsonem ligasse, ac in manus Principum tradidisse: ut patet Judicum cap. 16. *Dalila vinxit eum*: Hinc mirum, quod de populo Philistæo narrat facer textus citato libro, ac capite: *Populus videns laudabat Deum suum, eademque dicebat, tradidit Deus noster adversarium nostrum in manus nostras.* Quomodo tam crassè errat totus populus? captivitatem Sampsonis, Idolo suo Dagon adscribens, cum in tota Civitate contraria fama innotuerit: nempe: *Dalila vinxit eum*: Notate: Erraverunt, & hallucinati sunt eorum Principes, ac Superiores: Idolo suo Dagon victoriam adscribentes: *Principes Philistinorum convenerunt in unum, ut immolarent hostias magnificas Dagon Deo suo, & epularentur, dicentes: Tradidit Deus noster inimicum nostrum Sampson in manus nostras.* Hunc errorrem immediatè sequitur populus: *Quod etiam populus videns, laudabat Deum suum, eademque dicebat: Tradidit Deus noster adversarium nostrum in manus nostras.* Optimè Diogenes Laertius lib. 7. in vita Zenonis: *Qui Regem erudit, eum, & subditos quoque instruere certum est, nam cujusmodi fuerit Dux, tales & subditos ut plurimum fieri necesse est.*

## CONCEPTUS VII.

Herodis Subditi Christum Salvatorem nostrum esse Joannem Baptistam asserebant: querit Christus Matth. cap. 16. *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* Respondent Apostoli: *Alii Joannem Baptizam.* Non dubito, quin multi ex his, qui Christum Joannem Baptizam esse dixerunt, lineamenta & visonomiam S. Joannis in vivis neverint, faciem, corporis staturam, colorem &c. optimè neverint, dissimilis quoad faciem, quoad staturam corporis, quoad loquaciam, quoad colorem, Christus est Joanni, non etiam dubito, quin multi ex Judæis, qui Christum

(K) 3

esse

esse Joannem affirmabant, praesentes fuerint, dum Joannes decollatus & occisus fuit, caput in disco, cadaver exanime super pavimentum sanguinem madens, conspexerint, locum, quo sepultum fuit S. corpus, sciverint; mirum ergo, quod nihilominus Joannem vivum credant, Christum esse Joannem adstruant? unde populo tantus error & hallucinatio: errat plebs & populus, errante sic Rege Herode: Herodes Rex asturit: auditis operibus Christi, ipsum esse Joannem Baptistam, Matth. 14. In illo tempore audivit Herodes Tetrarcha famam IESU, & ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in illo. Ita Conceptum concludit Origenes in Cataena ad cap. Matth. 15. Alii Joannem Baptistam: estimationem scuti Herodis.

## Epilogus.

Precor ergo in Superioribus verificetur hortatio S. Pauli ad Timoth. 4. Exemplum esto fidelium in verbo & conversione, in charitate, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus.

Amen.



JULIUS.